

tionem ad factum, afferentes nihil in partibus gestum fuisse circa eandem Ecclesiam, & Beneficia, quod sciat usurpationem, occupationem, seu ipsolum, omnique actus jurisdictionales recentios in precedenti decisione, supponi potius, quam justificari ex Summariis M. Prioris.

Verum in fonte recognitis actibus positivis inferius notandis, siquidem infimul perpenfis, & combinatis, prout fieri debet de iure in iis, que tendunt ad eundem finem, futile, & omnino insubstantis visum fuit tale confuzium. Quandoquidem factum occupata possessionis Ecclesiarum, & Beneficiorum concludenter justificatur non solum ex pluribus protestationibus prius emissis a Vicario Generali M. Prioratus, & subsequenter repetitis ab omnibus Prioribus cum successiva notificatione, sive inhibitione facta Executori, nec accedere audeat ad apprehendam possessionem Ecclesiarum Regularium, de quibus in preterito Summar. num. 14.

Sed magis specificè quoad Ecclesiam Villæ Confoctæ. Tum ex actu præordinato ad capiendam possessionem Ecclesiarum consistente in impetratione Regii Decreti, quo fuit mandatum, ut Locumtenens M. Prioris sub pœna severæ punitionis teneri faceret Portas Ecclesiarum dictæ Villæ apertas, & patentes eo modo, quo erant antequam suspicaretur apprehensio possessionis, ut constat ex veteri Summ. num. 13. ex quo actu non levis resultat probatio subiectæ apprehensio nis possessionis Ecclesiarum, ad quam ille erat præordinatus per regulam deductam ex text. in l. 1. §. 1. ff. si usufruct. petat. l. 2. §. qui habetis, de sent. Novat. quasi, forens. lib. 2. v. 59. num. 1. & seqq. & Monach. decis. Florentina 29. num. 13. Tum etiam claris ex alio subiecto Decreto Judicis Commissarii edito 26. Januarii 1683. quo mandatur, ut caperetur summaria informatio super pollutione Campanarum, alius que læticia signis factis in adventu D. Joannis de Villavicentio Oratoris S. Religionis, ea profecto assignata ratione, quod cum consistaret tam Ecclesiasticis, quam aliis incolis, quod dicitur Eminentiſſimus Archiepiscopus Toletanus coepit possessionem Ecclesiarum dictæ Villæ, nonnulla Personæ pulsantibus Campanas etc. dabatur motum ponendi in disputatione effectus dictæ possessionis, ut habetur hodierno Summ. num. 3. quod quidem Decretum licet per modum præsuppositionis contineret antecedenter apprehensionem possessionis, cum tamen sit iudicialis, & concernat factum proprium præcedens, istud dicitur utique superlativè probatum ex confessione propria ejusdem Executoris, qua nulla datur major probatio, ut in specie moxent Dec. cons. 125. n. 1. vof. de possessio. Rot. decis. 19. de restitu. spoliat. in novis. & dec. 229. n. 2. part. 7. recent. & decis. 113. n. 1. coram Duran.

Quo vero ad Ecclesiam Parochialem Villæ de Camunnas probatur ex depositionibus juratis quatuor Testium datis in hodierno Summ. num. 4. Sicuri etiam respectu Parochialis loci de Turleque ex Testimonio, quod rejectis protestationibus Rectoris Regularis, Judex devenit ad capiendam possessionem antedicto Summ. num. 5. Et denique quoad Beneficia, seu Capellaniam in Ecclesia Parochiali de Villa Francæ, exhibetur mandatum de immittendo Idelphonum Morales Clericum Sæcularem, concessum à Marco Cabrexas Vicario Eminentiſſimi Archiepiscopi cum successiva possessione, & cum aliis actibus ad eam tendentibus adversus S. Religionem, & Petrum Moram, y Majorja provifum Regularum, ut dicto Summ. n. 6.

Et quoniam dicta decreta, & Testimonia percutiunt Ecclesias quatuor dumtaxat Villarum, idem tamen censeri debet de omnibus aliis Ecclesiis Magnis Prioratus, stantibus actibus possessionis contra Parochos, seu Beneficiarios omnium Ecclesiarum per Vicarium Cabrexas successivè gestis, que traditionem possessionis ab ipso Executor factam, & justificam quoad Ecclesias quatuor Villarum, eodem modo quoad reliquas probant Seraph. decis. 1200. num. 1. & Duran. dec. 37. n. 2.

Actus autem possessorii quoad omnes Ecclesias, & Beneficiarios probantur ex Decreto cum Inhibitione facto à dicto Vicario sub die 13. Maji 1685. in quo sub fomento antecedentis possessionis adepte, interdixit, nec occasione vacationis Dignitatis Prioralis per obitum D. Innici de Velandia Magni Prioris, auderent Ministri Religionis, & quatuor altera Persona devenire modo aliquo, sunt verba præcisa, ad faciendum aliquem actum possessorium, nec ad capiendam possessionem pro quocumque fine, nec preteritum in d. Ecclesiarum Parochialium, nec aliarum quarumcumque Prioratus suppositorum pleno Jure Dignitati Archiepiscopali, ut in dicto Summ. n. 7. Cum quo etiam Decreto concordant plura alia Edicta directæ contra Beneficiarios, & Regulares Ordinis

S. Joannis, & signanter super exhibitione Titulorum, in quibus D. Archiepiscopus Toletanus constituitur verus, & legitimus Ordinarius in omnibus Ecclesiis Magni Prioratus, quibus fanè attentis tantum abest, ut dici possit nihil actum fuisse adversus Ecclesias, & Personas Regulares M. Prioratus, ut quinimo manifestè, & per confessionem Partis, que ceteris aliis probationibus prævalet, pateat adeo præcisè, Dignitatem Archiepiscopalem de Ecclesiis, & Beneficiis prædictis Jure Ordinario pro libera collatione neccam fuisse, ut nullum actum S. Religionis permittere in eas vellet.

Probato itaque ex his excessu quoad captam possessionem Ecclesiarum, necessario consequitur, quod omnia indefectua pari modo sint excessiva, atque hinc hujus generis visa sunt plura Edicta per Vicarium affixa, & horum vigore subsecuta remotiones omnium Priorum tam Sæcularium, quam etiam Regularium, & appositiones deluper Oeconomotorum, aliaque omnia gesta mero Jure ordinario in dictis Ecclesiis, & contra Personas Regulares Ordinis Sancti Joannis cum prohibitionem M. Prioris, quique Ministris, ne suam Jurisdictionem ordinariam in literis Executorialibus expressè sibi præservatam exercent. Et propterea ea omnia sunt revocanda, & per viam purgationis spolii, & mantentionis reducenda veniunt ad normam rei judicatæ.

Necne horum reintegratio effugi potest in presenti Judicio sub eo fundamento, quod scilicet super remotione Priorum, & appositione Oeconomotorum pendet particulare Judicium, contradicendum ex parte Beneficiorum intentatum priori loco coram Reverendissimo Hispaniarum Nuncio, & deinde in gradu appellationis simpliciter devolutum ad Rotam ex speciali commissione Sanctissimi, adeoque gravamina ista, quatenus adint, sint revocanda per viam appellationis in Judicio ordinario, non autem in presenti per viam purgationis excessuum.

Etenim cum in hac eadem materia jus, & interesse Magni Prioris, & S. Religionis sit omnino divestum, & disparatum ab illo Rectorum, seu Beneficiorum ratione quæ Privilegiorum, ut offensum fuit in priori Decisione Causa hæc, in quantum concurrit jus læsum Sacre Religionis, & Magni Prioris, dicitur omnino ab illa diversa, tam ratione perionatum, quam interesse, & actionis, ac proinde nulla considerari potest connexio, que valeat præjudicium inferre eidem Sacre Religionis, & Magni Priori, quo minus jus suum independentem prosequatur per viam privilegiantium excessuum ad tradita per Cancellot. de atrem. limit. 2. n. 10. vof. & propterea, c. 12. p. 2. Add. ad Burat. dec. 644. n. 10. Rota dec. 81. n. 2. coram Merlinio cum aliis in dec. 221. n. 6. & seqq. p. 18. rec.

Multoque minus à vitio excessus excusari valent iidem actus superius adducti, ex eo quod illorum plerique gesti fuerint, non à Judi. e Executoris, sed à Licentiatio Cabrexas Vicario Generali Curie Archiepiscopalis, & constanter eorum reparatio intentari debebat, ac prosecui per viam appellationis, & injustitiæ, nullo autem modo per viam excessum: siquidem cum cuncta prædicta gesta fuerint in sequam, & effectum rei judicatæ, & quod plus est ab calore literarum Executorialium Rotalium, ut clarè liquet ex lectura Summarij, Clari romanæ Juris, quod quidquid præter formam decretorum Rotalium, & extra limites dd. Executorialium factum apparer, redolet formalem excessum, & innovationem, sive id fiat à Judice Executoris, sive etiam à Parte, ut de hac secunda specie ex auth. Glo. in l. 1. Divo Pio V. §. si super rebus, ff. de re judic. firmavit Rot. in dec. 78. n. 4. coram Arguelli. dec. 390. sub n. 2. coram Peuting. & in rec. dec. 233. n. 1. p. 16. ubi aliam concordam.

Hæc quoad primam speciem excessuum. Quo verbò ad secundam consistentem in Decimarum exactione DD. approbantes pariter fundamento prioris Decisionis, existimantur, hanc sine vitio excessus fieri non potuisse. Cum enim Mensa Archiepiscopalis Toletana generaliter, & indistinctè per Edicta mandaverit exigi, ac de facto per ejus Ministros exegerit Decimas ex omnibus bonis, & fructibus M. Prioratus, non exceptis nonnullis bonis Sac. Religionis, ex quibus Decimas controuertitur non deberi, minuitque aliquibus speciebus fructuum, ut asseritur decimarum insolitis, ut de his omnibus constat ex Summario Magni Prioris à n. 16. usque ad 20. dicitur fanè hanc indistinctam, & generalem Decimarum occupationem, five usurpationem fecisse præter formam rei judicatæ, ejusque literarum Executorialium, in quibus Dignitati Archiepiscopali conceditur solum jus exigendi Decimas à Populo Laico, & ab Ecclesiis sæcularibus, siquæ in hac generalitate omnino excessivæ, ut firmat Decisio, que revidetur §. Absoluto autem.

Atque

Atque hinc Domini, ut in præterita, ita & in presenti reintegrandum mandatur Sac. Religionem, hoc tamen adhibito moderamine, ut scilicet Edictum generale Vicarii reformetur dumtaxat quoad Decimas exigi insolitas, & non conſuetas, quoad deluſer fil ex parte M. Prioris hujus generis Decimas liquidetur perceptæ per Ministros Eminentiſſimi Archiepiscopi, sint hæc omnino restituentur in summa liquidanda.

Necne hujusmodi excessus excluditur ex duabus ponderationibus in contrarium adductis. Altera scilicet quod Reverendissimus Hispaniarum consulerit indemnitati S. Religionis, & signanter M. Prioris, decemendo, ut Decimas deponerentur penes illum Domus Prædictam, Altera verò, quod hic actus sit independentis à lite super Jurisdictione, in qua emanarunt literæ Executoriales. Quoniam respectu primæ, proviſio Nunciæ Apostolicæ nil prodest circa Decimas in præteritum de facto occupatas, dum ea emanavit circa illas dumtaxat decurrit, in futurum, quarum respectu Sacre Religionis, & M. Prior non immerito fit quoque gravatos conqueruntur, stante earumdem deposito signanter sub cautione sibi merito demandato. Respectu autem secundæ recurrit responſio superius data circa primam caput Excessuum, quod scilicet cum talis innovatio, & gravamen fuerit modo illatum ultra concessam in sententiis præter formam rei judicatæ, & calore literarum executorialium, quemadmodum literaliter deprehenditur ex dicto Summario, n. 21. hæc utique sufficit, ut dicatur excessum in re in litem deducta, juxta auctoritates ut supra laudatas.

Denique hæc idem similiter visum est censendum de remotione Tribunalis, & Vicarii deputati à M. Priore ad exercendam Jurisdictionem expressè sibi præservatam in literis Executorialibus (super qua tertia species excessuum consistit) quandoquidem hæc facultas removendi Vicarium M. Prioris non exprimitur in dictis literis, nec concessa legitur in sententiis Rotalibus, nec in Decisionibus causæ, & præcipue in dec. 390. & 391. impress. in part. 13. recentior. ubi singularis, que vigore sententiarum competet Eminentiſſimo Archiepiscopo, recentior, Cumque ex rationibus ante dictis in decisione, que confirmatur, & ex superadditis hodie in augmentum antiquarum hujusmodi Jus deputandi Vicarium, & retinendi Tribunal redderetur valde probabile, seu saltem ambiguum, non potuit utique Executor, stante hæc dubietate exinde oriente sine vitio excessus ad remotionem de facto procedere, sed tenebatur controuertisse decisionem ad Sac. Rotam remittere, & ab ea oraculum expectare juxta superius firmata.

Cætera autem, que lato calamo deducta fuerunt à scribentibus pro Eminentiſſimo Archiepiscopo uti extranea à presenti indagine, & respicientia merita causæ principalis, rejecta fuerunt ad petitorium.

Et ita partibus oretus, & in scriptis auditis resolutum fuit.

R. P. D. RONDININO.

Toletana Jurisdictionis super Compulsoria, & Planta.

Lune 2. Decembris 1686.

Finis antiquæ controversiæ Jurisdictionalis jamdiu agitate inter Archiepiscopos Toletanos, & Magnos Prioris S. Relig. Hierosolymitanæ in Regnis Castellæ, & Legionis, principium fuit illarum plurium inter eosdem mox introductarum; siquidem occasione executionis rei judicatæ tribuentis Archiepiscopo omnimodam Jurisdictionem ordinariam, necnon jus exigendi Decimas super Ecclesiis, Clero, & Populo sæculari eorumdem Prioratus, eandemque ordinariam Jurisdictionem præservantibus favore Magnorum Priorum circa Ecclesias, & personas ad S. Religionem pertinentes tria principalia excitata fuerunt litigia, scilicet super qualitate, & pertinetia plurium Ecclesiarum super Jure exigendi Decimas, & super facultate retinendi Tribunal, & Vicarium S. Religionis pro excedenda Jurisdictione ordinaria, isti reservata, super quibus omnibus assumptis litiis dubia de ordine nostri Tribunalis discutienda assumpta fuerunt, cum autem primum, licet replicatis vicibus probatum, scilicet die 7. Junii proximi præteriti coram R. P. D. meo Urſino, & die 27. præteriti coram me adæquate decidit non potuerit, demandante Rota coadjuvationem probationum, & judicalem extractionem exhibitorum Jurium, in disputatione autem aliorum non leves prævideantur oritur contentiones super qualitate, & situatione tenorem decimabilium, vel exemptionum, necnon super facultate,

& modo retinendi Tribunal præfatum. Hinc ad evitandas confusiones, ejusque jura dilucidanda petiit Sacre Subdelegationem Judicis in partibus ad effectum compulsandi formiter non solum per Rotam, ut supra extrahi demandata, sed etiam alias scripturas specificatas, necnon confrontandi, seu de novo conficiendi Plantam Topographicam totius Districtus Magnorum Prioratum Castellæ, & Legionis, inclusis etiam limitibus Commendarum Villarum del Pozzo, & Jevenes, nec non Villarum, seu locorum Romeral, & Dancos cum contradistinctione, & mensura Bonorum nuncupatorum Sermas, seu Donados, cui instantia cum se opposuerint Ministri Dignitatis Archiepiscopalis, disputatum hodie fuit particulare Dubium affirmativè in utraque parte resolutum.

Quandoquidem tam compulsoria, quam Planta tendunt ad parandas probationes pro futuris disputationibus, & Decisionibus causæ necessarias, que non solum angustandæ, & impediendæ pro Judicem non sunt, sed potius pro indagine veritatis precandæ, & demandandæ, ut per text. in leg. quomodo multis in fine, ibi: ne probationum facultas augetur. C. de harm. & Manich. l. sepe reprobondit Rot. præteritum, in dec. 161. n. 43. p. 2. rec. & coram Priolo dec. 284. num. 11.

Ideo in nostro Tribunali vulgata regula, & quotidiana praxis observatur, quod in causis merito prophanis, & quales reputantur etiam omnes, in quibus de titulo Beneficij principaliter nondisputatur, Rota apud Caputag. dec. 99. p. 1. coram Ludovico dec. 403. n. 2. coram Merlin. dec. 732. n. 1. facultas parandi probationes passim indagetur ex fola illarum relevantia ad text. in l. Judices, C. de fid. Infr. Boccac. de liter. remissio. cap. 4. n. 1. & 2. Rot. dec. 68. n. 1. p. 3. coram Caputag. dec. 147. n. 2. coram Greg. dec. 44. n. 1. coram Priolo, & alibi passim, addito pro compulsoria speciali existentia scripturæ compulsandæ juxta notata per Vetr. in præx. lib. 6. cap. 1. sub n. 12. Rota coram Burato dec. 555. & coram Celso dec. 299. utrobique n. 3. in p. g. rec. dec. 128. pariter eod. n. 1.

Neutrum ex præfatis requisitis in hac hypothesi deficit, siquidem existentia scripturarum compulsandarum, scilicet Processus Granaten. super raptione Sernatum, & Donados, & eorum exemptione à Decimis, necnon aliorum duorum Processuum, Hispanensis scilicet, & Salamantini inter S. Religionem, & Episcopum instructorum super retentione Vicarii in eisdem Civitatibus cum Tribunali, & Ministris, non impugnabatur ab informantibus pro Eminentiſſimo Archiepiscopo Toletano.

Relevantia autem resultat ex eo, quod talibus scripturis compulsandis, & Planta poterit Sac. Religio suum jus, vel fundare, vel confovere, deducendo ex Processibus præfatis observantiam, possessionem, & modum retinendi Vicarium, & Tribunal in aliis Civitatibus, & modum retinendi Vicarium, & Tribunal in aliis Civitatibus, etiam contradistinctionibus Episcopis approbatam, & ex Planta demonstrando confines, & qualitates Territorum, super quibus exemptionem præterit à Decimis, nec non ostendendo, quod Ecclesie confoverit sita, & adificata apparent in Termino Confoverit, quod multum sibi conferre supponit ad proband. effectum actionem quarundam antiquarum concordiarum initarum usque ab anno 1228. & 1229. super Ecclesiis in dicto termino constructis, & tamen ad effectum obtinendi petitam facultatem, sufficeret, quod probationes faciendæ possint ad causam quoquo modo conferre etiam pro solo adminiculo, & conjectura, rejecto rigoroso examine potest illarum exhibitionem, ne alias inverſo jurisdictionum ordine, de qualitate, & relevantia probationum ante illarum complementum disputari contingat, quod incongruum dixit Bald. in cap. licet Casum 33. de probat. Dec. cons. 517. n. 2. Rot. coram Cavalero dec. 232. n. 1. & Coram Celso dec. 32. n. 9. & 11.

Nulla concurrit calumniosa suspicio, ex qua solet per nostrum Tribunal probandi facultas denegari, ut in specie de compulsoria speciali responſum est in dec. 376. numer. 7. coram Durano in dec. 238. numer. 4. coram Carillo, & in dec. 475. numer. 7. coram Bich. Quin potius illa excluditur, ex quo talis Instantia proponitur in ipſomet principio gravissimorum judiciorum agitantorum via ordinaria, ideoque dubitari non potest directæ ad impediendam, vel ad retardandam illorum promptam expeditionem, quinimo realem instantiam ferarum generalium, quibus pendentiis, compulsoria, & Planta perſici potuissent, quam circumstantiam ad removend. suspensionem calumnie, & facilius indulgendas petitas probatorias facultates confiderat Rota coram Carillo dec. 280. & coram Eminentiſſimo. Cerro dec. 77. utrobique in fine.

Nec

Nec attendenda videbatur suspicio, quam incurrere conabantur Informantes pro Dignitate Archiepiscopali ad impediendam consecutionem Plantæ, quod scilicet illa principaliter procuraret pro novis, & futuris iudiciis, quibus parum, vel nihil pro futura præteritur, ex quo ad illarum necessitatem sufficeret Planta particularis termini Consoce, vel Torrenorum decimabilium, non autem requireretur Mapa continens Topographicam descriptionem totius Territorii amborum Magnorum Prioratum, sed potius ad effectum reintegrandi antiquam litem jam per rem iudicatam terminatam, in qua constanter approbata fuit, immo eorumdem Magnorum Prioratum intra limites Toletana Diocesis, quod tamen nec admitti, nec permitti debet, obstantia regula, quod adversus rem iudicatam quolibet probationis genus prohibetur, de qua Rota apud Burat. d. 200. 555. n. 3. & coram Zar. dec. 166. n. 4. ubi concordantes, sicutem relevancia dictæ protestationis etiam in aliis iudiciis controversia re iudicata diversis sufficenter resutare videbatur ex superius deductis, cum tamen sufficeret talem relevanciam esse etiam dubiam, adhuc, ut probandi facultas concederetur, Bald. in l. duo Patroni. S. Idem Julianus in fine, v. f. adde si dubitatur, ff. de Jur. Jur. Dec. conf. 57. num. 3. v. f. ex supra dictis, Velt. in prax. lib. 5. cap. 5. num. 7. Rota coram Celi. dec. 32. n. 11. Data autem relevancia articulo, extrinsecæ suspiciones ad hanc effectum non attenduntur, Rot. dec. 306. num. 1. post 2. vol. conf. Farin. & coram Priol. dec. 74. nu. 15. & tamen uberius consulendo huic possibili dubitationi Domini inhaerentes etiam oblationi ab Informantibus Sac. Religionis propositæ, consecutionem talis Plantæ indullerunt cum infrascriptis salutaribus clausulis, scilicet per modum provisionis ad instruendum animum iudicis sine præiudicio Jurium Partium, firmiter remanente re iudicata, qua exinde non lædatur, nec impugnari valeat.

Nec autem in expeditione talis subdelegationis, ac illius executione contento aliqua oriatur, Domini accurata prævisione demandantur, quod illa dirigatur Eminentissimo Hispaniarum Nuncio, ejusque prudentia committatur facultas eligendi unam, vel plures Judices de Partium consensu, vel in discordia, ejus arbitrio ad effectum inspectendi, & attestandi qualitercumque Jurium computandorum, & assistendi consecutioni Plantæ, & examini Testium, quantum opus sit in faciem loci faciendū, nec non eodem modo deputandi unum, vel plures ex dignioribus Notariis sui Tribunalis ad effectum eadem Jura transumptandi, & datum Peritos Topographos, & agrimensores pro verificatione, vel consecutione supradictæ Plantæ.

Et ita responderunt utraque parte audita &c.

R. P. D. RONDININO,

Toletana Jurisdictionis,

Veneris 31. Januarii 1687.

Præter hodie Sacra Hierosolymitana Religio, & Excellentissimo D. Magni Prioris Castellæ, & Legionis expeditionem mandati de manutentione in quasi possessione retinendi Priores Regulares in Ecclesiis Parochialibus, & Beneficio de Villa Franca, necnon Vicarium pro exercenda Jurisdictione in Regularibus, aliasque Personas eidem S. Religioni subiectas, & intra septa Monasteriorum, seu Domus Commendarum degentes ad formam decisionis coram me editæ die 2. Decembris proxime præteriti plures ad illius retardationem oppugnaverunt Agentes Eminentissimi Archiepiscopi Toletani exceptiones, omnes tamen sufficenter jam confutatas, una excepta, etus declarationem mediante hac breve decisione hodie mihi Domini demandantur.

Siquidem in dicta præteriti decisione generaliter, & indefinitè resolutum fuerat competere Magni Priori manutentionem in quasi possessione retinendi Vicarium pro exercenda Jurisdictione in Personis S. Religionis addictas ad formam, & tenorem præcedentis rei iudicatæ, sine specificatione controversarum, que per D. Vicarium cognoscit, & terminari debeant. Cum tamen præteritè Eminentissimus Ordinarius, aliasque ex eis, prout sunt, ex Gr. Matrimoniales, & Criminales inferiorum Prelatorum etiam exemplorum iudicio non comperere, sed sui Jurisdictionis reservatas ex dispositione S. Concilii Tridentini, sess. 24. de reformar. cap. 20. Sacra verò Religio allegaret Pontificia Privilegia, amplissimam illi concedenda facultatem iudicandi inter dd. Personas subiectas etiam de causis criminalibus. Ideo Rota nolens hodie incongruam affirmere cognitionem super dd. Privilegiis, nec non super competentia,

& exercitio dictæ Jurisdictionis, particulari, etiam assignato dubio disputandam, interim expeditionem dicti mandati de manutentione mihi mandavi, ad effectum, ut Vicarius S. Religionis suam continuare valeat Jurisdictionem in Personis illi subiectis, & ad formam Privilegiorum Apostolicorum. Utraque parte audita.

R. P. D. MOLINES.

Toletana Jurisdictionis,

Veneris 20. Junii 1687.

Ortale mandatum de manutentione Sac. Religionis, & Magni Priori Castellæ, & Legionis concessum in possessione retinendi Priores Regulares in Ecclesiis Parochialibus sitis intra fines M. Prioratus, ac Beneficio simplicis de Villafraña, necnon Commendarum Villar del Pozzo, & Jevenes cum facultate alios in locum mortuorum lre percedente subrogandi, addito tamen temperamento, ut excentes curam animarum novo fe subiciant examini ab Eminentissimo Archiepiscopo perficiendo, hremtendi Vicarium pro exercitio ordinariæ Jurisdictionis in Regularibus, aliasque Personas intra Monasteriorum septa degentes, & S. Religionis ratione Privilegiorum subiectas, quibus omnibus præteritè executionis literarum executorialium Rotalium fuerant indebitè spoliati confirmandum eisdem DD. dixerunt coram me, cum in devolutivo appellacionis causa commissa reperitur.

Constitit quippe plures commissio excessus occasione antedictæ executionis contra formam Rotalium resolutionum, & rei iudicatæ, undique iustificatos esse, ut latè comprobatur in binis decisionibus R. P. D. mei Urfini sub diebus 16. Januarii & 7. Junii 1686. & coram R. P. D. meo Rondinino 2. Decembris ejusdem anni. Tum in capienda possessione omnium Ecclesiarum existentium in M. Prioratu, ac beneficii simplicis de Villafraña quasi in istis Eminentissimus Archiepiscopus plenam ordinariam Jurisdictionem haberet. Tum in remotione Priorum cum successiva appositione secularium Oeconorum. Tum demum in prohibitione facta novo Vicario a Magni Priori electo, ne ordinarius exerceret Jurisdictionem in præfatis personis Sac. Religionis subiectas, ut de pro revocatione ac purgatione prædictorum excessuum præteritè remedium manutentionis concessis Sac. Religionis, & Magni Priori in possessione dd. Jurium, cum prius istorum possessio probata remaneret, undique legitimum, & opportunum apparuit, ut factis comprobatur in decisione R. P. D. mei Rondinini §. ex auctoritate.

Itaque facti series, que principaliter controvertebatur à defensoribus Eminentissimi Archiepiscopi satis probari visa est in eadem actibus recensitis in Summario Religionis dato 7. Junii anni elapsi coram R. P. D. meo Urfino, ac repetitis in hodierno coram me, & latè ponderatis in citatis hujus causæ decisionibus. Primò ex decreto Regii Consilii mandatis sub severis penis Locumtenentis M. Prioris, ut afferret Ecclesiarum Jantus teneret adhuc, ut Executor Rotalium literarum possessionem illarum apprehenderet. Secundò, ex protestacionibus emissis iam à Vicario S. Religionis, quam à Prioribus Regularibus. Tertio ex depositionibus plurimum Testium. Quarto ex publicis documentis continentibus realem, & corporalem possessionem beneficii de Villafraña, & Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Alcazar. Quintò ex decretis Vicarii Eminentissimi Archiepiscopi die 26. Januarii 1683, & 13. Maji 1685. Sextò ex pluribus instantis Promotoris Fiscalis, ac Agentis Eminentissimi Archiepiscopi in Curia Matriti coram Eminentissimo Nuntio. Ac demum ex edictis contra Priores, ac Beneficiarios S. Religionis emanatis sub titulo omnimodæ ordinariæ Jurisdictionis.

In quorum comprobationem multum strinunt gemine consecutiones. Altera Vicarii Eminentissimi Archiepiscopi emissam in responsione literis Compulsorialibus Nuntii Hispaniarum, quando ab isto fuit requisitus, ut traderet processus appositionis Oeconorum. Altera inserta in commissione hic in Curia imperata de voto Signaturæ Justitiæ super appellacione interposita à decreto Eminentissimi Nuntii in remotione Oeconorum. In quibus concorditer declaratur Ecclesias existentium in Magni Prioratu vacantes esse, & providendas previo concursu ad normam Sac. Concilii Tridentini ab Eminentissimo Archiepiscopo Toletano, qui actus licet posteriores apprehensa Ecclesiarum possessione, sicut manifestè indicant Dignitatem Archiepiscopalem præterendere Ecclesias Saculares esse, cum curata Ecclesiæ Regularis non provideantur per concursum, sed

fed solo examine ab Ordinario circa idoneitatem ad Curam Animarum, & administrationem Sacramentorum, Barbof. de potest. Episc. cap. p. 3. alleg. 74. n. 24. Bich. dec. 327. num. 2. & signaturæ de Ecclesiis Parochialibus S. Religionis Hierosolymitanae docet Pignatell. consil. 57. num. 8. & 9. tom. 3. Ita ex istis manifesta oritur probatio, quod possessio Ecclesiarum non aliter fuit capta Jure delegato, sed Ordinario, & quasi illæ saculares essent, fuit subinde devolutum ad appositionem Oeconorum, sicut utrobique, & in Curia Matriti; Schic in Urbi fassus sunt, & mordicus sublinent Ministri Dignitatis Archiepiscopalis, acbus quippe posteriores aptissime declarant quod à principio fuerit gestum, & inesse dicuntur primæ dispositioni, ut ex doctrina Castrensi, in 7. heredes palam 2. §. quis sub n. 4. Bich. dec. 365. n. 20.

Nec prædicta everti possunt ex iterum recitatis obiectis in antecedentibus propositionibus plenius repullis. Non primo quod memoratum decretum Regii Consilii, ac protestacionis emissæ à Vicario Sac. Religionis, & Prioribus non sint actus ex quibus necessario inferatur fuisse captam possessionem Ecclesiarum.

Siquidem tam decretum Regii Consilii, quam protestaciones non adducuntur, ut perfectam constituant probationem capte possessionis, sed ut adus preparatorii ad illam apprehendendam, qui sine dubio magnam constituunt præsumptionem, quod verè fuerit capta possessio ex adjectis per Gratian. discip. 615. numer. 13. quod verò successivè fuerit gestum aliunde comprobatur remanet ex postea subsecutus actibus supradictis, & præsertim ex decreto Vicarii lato die 26. Januarii 1683. occasione adventus Oratoris Sac. Religionis, ubi explicite, & clare fatetur Eminentissimum Archiepiscopum capisse possessionem Ecclesiarum.

Manus secundo, quod Vicarius Eminentissimi Archiepiscopi in præcepto facto die 13. Maji 1685. Ministri S. Religionis, quos eis prohibuit nec capere possessionem Ecclesiarum, necque alios adus possessorios facerent in prædictam possessionem capta ab Eminentissimo Archiepiscopo, cumularunt utriusque Jurisdictionis titulum, & ordinariæ, & delegatæ, ac prout possessio ibi mentionata potius referri debeat ad terminum delegatæ Jurisdictionis in concernentiis curam animarum, quam sine dubio ad Eminentissimum spectabat non ordinariæ Jurisdictionis, cui dubium erat, an in Ecclesiis sitis in Magni Prioratu locus esset?

Patens quippe visa est responsio alia infirmata, quod humilissimo concessio non ita dubie emanavit, ut possit ad solam delegatam Jurisdictionem referri, sed specificè fuit emissam ad finem exprimiti ordinariam Jurisdictionem in dictis Ecclesiis, ibi, Manifestè opponitur possessioni, quam Dignitas Archiepiscopalis Toletana cooperat in ad Ecclesiis, ac in aliis Prioratibus omnimodæ Jurisdictionis Ordinariæ Ecclesiasticæ & Spirituales Diocesanæ. Et paulo inferius: Neveniam modo alio modo ad faciendum aliquid actum possessionum, nec ad capiendum ad possessionem pro quocumque fine, nec præteritè ad Ecclesiarum Parochialium, nec aliarum quarumcumque hujus Prioratus suppositarum pleno Jure Dignitatis Archiepiscopalis, ex quibus clare constat possessionem fuisse captam Jure Ordinario, ut significat dictio omnimodæ Jurisdictionis, que omnem Jurisdictionem comprehendit ex glori. in verb. omnimoda. Clement. quanto de foro competentis, Barbof. dicit. 28. & dicitur pleno Jure, in glo. in cap. pleno Jure 21. verbo utrobique de Privilegiis, & hoc clare manifestant verba contenta in petitione Agentis Eminentissimi Archiepiscopi Summar. Manutentionis Religionis coram me num. 13. ibi, & quia in manifestatione hujus facti Edicta, & Visitationis, que publicata fuerunt, & excec in ad Ecclesiis nomine Dignitatis Archiepiscopalis mee Partis non fuerunt publicata, nec excec in in virtute Jurisdictionis delegatæ, sed in forma ordinariæ, Jurisdictione ordinariæ, & Diocesanæ, ut constat ex mandatis, & edictis carereque actibus dictæ possessionis, que sunt in actibus.

Junctis præsertim pluribus enunciatis contentis in actibus superius relatis in quibus exprimitur, ibi, pertinere præteritè ad dignitatem Archiepiscopalem Jurisdictionem Ordinariam, & Diocesanam in dictis Ecclesiis. Item ad ipsum indubitè ab illis tamquam Prelatum in adhibuit provisionem Prioratum pervinere. Præterea Ecclesias, & Beneficia secularia esse, & subiecta Ordinariæ Jurisdictioni cum Institutione, & destinatione libera cum tota exclusione M. Prioris, que omnia incompatibilia sunt solo delegatæ Jurisdictionis exercitio, ut ex lepat. Ultra quod ponderatur DD. quod isti actus nequeunt salvari præteritè sola delegatæ Jurisdictionis dum facultates ab Eminentissimo Archiepiscopo

tradite sito Vicario, & Visitatori ( quocumque fuerint ) exhibitæ tantum fuerunt die 12. Julii 1683. Summ. presentis Eminentissimi num. 16. postquam expulso provisionibus regulares, ac appositos seculares Oeconomos, & tamen excentiam delegatam tenetur delegatus suam facultatem, ante omnia exhibere in actis, & parti infirmare ex latè adductis per Leonium de preparatoris Jurisdictionum, p. 2. c. 25. per tot.

Quibus postis frustra repetitur altera consecutione Procuratoris Sac. Religionis missi ad capiendam possessionem Ecclesiarum, quæ dixit Eminentissimum Archiepiscopum capisse tantum possessionem delegatæ Jurisdictionis non ordinariæ, quia ista consecutione manifestè errorne dignoscitur ex aliis actibus comprobantibus sinceram facti veritatem, sicque non attendenda, l. Consecutionibus 13. ff. de Interrogat. action. l. ornamentorum 29. ff. de aur. & argen. legat. Posth. obseru. 57. n. 46. Caillus dec. 190. n. 12. dec. 47. num. 3. 4. & 7. part. 19.

Et quoque minus meretur allegari plura, que adducuntur ad evitandum excessum appositionis Oeconorum secularium in Parochialibus Ecclesiis, nimirum quod Vicarius positus in exercitio suæ Jurisdictionis vigore literarum Executorialium, nihil aliud fecerat, quam id quod cullebat Episcopatum, sicut licitum est peragere capta possessione suæ Ecclesiæ, ac in illius ingressu videlicet quocumque Parochos per Edicta vocare, ut titulos suæ provisionis ostendant, & in novo contumaciter deventur ad appositionem Oeconorum, ut pluribus cumulatim fieri posse defendebant scribentes pro Eminentissimo Archiepiscopo.

Quomiam vis excessus in appositione Oeconorum secularium, & remotione Priorum Regularium non constat in hoc an Episcopus possit ritè omnes sic vocare, sed consistit in eo, quod hoc casu fuit promulgatum Edictum, eo præmissis supposito, quod Ecclesiæ saculares essent, & Eminentissimum spectaret uti Judicem Ecclesiasticum Ordinarium, quoad utramque legem, ad quod devenerit non poterat stante dubio qualitas Ecclesiarum in Regularibus, vel seculares essent, sed prius à S. Rota earum status declaratum erat. Et cum reperiretur in statu Regularitatis, & ut rales possiderentur à Sac. Religione locis solum erat Visitationis illarum expressio Jure delegatæ Jurisdictionis prout ex Constit. Beati Pii V. 136. §. 8. dicitur Rota in dec. 391. n. 7. p. 13. & in actu Visitationis, si minus idoneos ministros exercentes curam animarum invenisset amovere, si ad nuntum amovibiles erant, si Titulares suspendere, non tamen valebat devenerit ad appositionem Oeconorum secularium nisi præcedenter monitis Superioribus Religionis, ut infra brevem terminum alios deputaret, prius tamen ab Eminentissimo examinandos; ut clare habetur in citata Bulla B. Pii V. §. 3. & plenius apud Pignatell. consultat. Canonice. 57. num. 11. & generaliter de omnibus Parochialibus Regularibus, Barbof. de potest. Episc. alleg. 74. n. 24. & 25. Panimoll. dec. 64. adnotat. 1. num. 2. Sbroliuss de Offic. Vicarii lib. 2. g. 111. n. 9. & 10. & sanè quod Vicarius Cabrexas non processerit Jure delegato aptissime resu tat statim, ac renuit ad examen per proprios titi is coram eo comparerent, nam ex Jure delegato ad summam non poterat pretendi nisi quod d. Priores Regulares examini se supponerent circa idoneitatem ex præallegatis.

Atque hinc detesta excessiva expulsiōne Priorum, & appositione Oeconorum intemptiva recognita fuit inspectio, an intret arbitrium pro appositione Oeconorum virtute specialis Commissionis à Signaturæ Justitiæ impetratæ pendente acerrima disputatione super reintegratione Priorum Regularium, hoc namque provisionale arbitrium appositionis Oeconorum locum amplius obtinere non potest, ubi terminatum fuit Judicium excessum, & pro illorum purgatione concessa fuit manutentio Prioribus, dum præcipue rescriptum Signaturæ continet clausulam sine præiudicio Jurium partium, quod est præservativa Jurium tam in petitorio, quam in possessorio, Marellor. var. resolut. lib. 1. cap. 55. n. 31. ac emanavit sub dictione interim limitatiya temporis, Barbof. dicit. 173. n. 1. Coccin. dec. 2349. num. 2.

Similiter non recipienda visa est excusatio excessus in Beneficio de Villafraña, eo quod Eminentissimus nihil gesserit nisi in casu vacationis devenerit ad illius provisionem, sicut fecit Magnus Prior, quod cullebat permissum dicebatur, cum uterque præteritè Beneficium ad se spectare.

Placuit quippe DD. responso, quod ex eo quia in Rotalibus resolutionibus Sac. Religionis, & M. Priori omnimoda

da Jurisdictione ordinaria tributa fuerit in Ecclesiis, & Beneficiis Regularibus, & illud Beneficium erat in statu Regularitatis, vel saltem super hoc magna aderat dubitatio, non poterat Eminentissimus Archiepiscopus propria auctoritate illud conferre, non expectata prius declaratione super illius secularitate.

Ejundem irrelevantia est exceptio pro substituenda retributione Vicarii secundo loco electi: Magno Priore pro exercitio jurisdictionis in personis sibi subiectis, eo quia nullibi in sententiis tribuatur M. Priori ista facultas retinendi Vicarium ad exercendam dictam jurisdictionem.

Contrarium quippe depromitur ex dec. 390. num. 1. & 391. a nu. 8. ad 12. p. 13. recent. in quibus literis claris canonizatur jus Sacri Religionis, & M. Prioris iudicandi personas ipsius subiectas, salva favore Archiepiscopi jurisdictione delegata quoad deficientia Sacramentorum administrationem, & Curam Animarum, ex quibus decisionibus optime declarantur sententia ad illarum tenorem promulgatae dec. 390. num. 20. post Positi. de manu. Buratt. dec. 327. n. 1. Et temperatur, quod M. Prior erat in possessione retinendi Vicarium, & quia non poterat sine vitio excessus propria auctoritate spoliari ab Executoribus, stante praesertim dubitate an illam retinere possit, quam ad S. Rotam remittere tenebatur, & ab illa articuli decisione expectare, non autem sibi jus dicere proprio Marte.

Et ita utraque &c.

R. P. D. MOLINES.

Toletana Jurisdictionis.

Veneris 10, Decembris 1688.

Informantes pro Magno Priore Castellae, & Legionis S. Religionis Hierosolymitanae hodie petierunt, ut pendente lite cum Eminentissimo Archiepiscopo Toletano super exercitio jurisdictionis Episcopalis in Prioratu, interponeatur provisio exercendi delegatam jurisdictionem per Episcopum viciniorum, fredi dispositione Bullae B. Pii V. in Constitut. 136 in ordine §. 6. ibi: *Nolumus autem Episcopos supra dicta facultate visitandi uti, qui eum eadem Religione, & militibus super jurisdictione Episcopalis in locis visitandis eorum quibusvisque iudicibus utantur, sed quod Episcopi, & alii Superiores, qui aliquando in huiusmodi jurisdictione non habentes, nullatenus in eorum praesentia facultate praesertim utantur.* Non obstantibus limitatione in sequentibus verbis apposita, ibi: *Nisi Episcopi in quibus possessione antiqua exercitii huiusmodi jurisdictionis existens, cum dicant constare Eminentissimo Archiepiscopo non reperiri in possessione visitandi ex dec. 390. n. 12. & 391. a nu. 34. ad 39. p. 13. rec. & 39. decisione super excessibus 16. Januarii 1686. & dec. 280. n. 2. cor. R. P. D. meo Ursino.*

Nec non juris communis censura, qua conceditur exemptio, durante lite, quam habet subditus cum Episcopo, per quam exemptionem exercitium jurisdictionis non praeccluditur, sed suspenditur, durante eadem causa, c. cum dilectus 2. c. olim 26. de accus. Abb. in d. c. cum dilectus, n. 5. & in d. colim, n. 1. & 6. Lancell. d. atheni. p. 2. cap. 2. de atheni. lit. pendente, n. 49. & 50. Marchel. de commiss. advocat. caus. p. 2. §. 1. a nu. 70. ad 77. fol. 280. Lotter. de re benef. l. 1. q. 24. a nu. 26. ad 42. Mandof. de inhib. q. 103. & 104. n. 5. Staphill. de lit. iustitiae sit. de rescrip. in forma brevis. §. undulium, n. 10. Pacif. de rescrip. l. 4. q. 11. n. 3. Corrad. in prax. disp. l. 4. c. 5. nu. 57. Tambur. de iur. Abbat. roma. disp. 15. q. 3. a nu. 7. ad 12. Cochier. de iurisd. ordin. in examp. p. 1. q. 1. n. 13. Pignatell. consult. 136. tom. 4. Rota dec. 5. de priv. apud Cassid. & dec. 280. n. 2. p. 13. rec.

Cujus litis existentiam probabant ex concessione restitutionis in integrum ab illidem obenta contra rem iudicatam, quae operatur ne lis dicatur extincta dec. 610. num. 12. p. 18. dec. 263. num. 16. & 19. parti 19. Prout ob controversias vertentes in nostro Tribunali, tam super excessibus, quam circa Intellectionis delegatae, Verum etiam super prohibitione Tribunalis, statui Ecclesiarum Prioratus, & beneficiorum super exactione decimarum, alisque capitibus, quae omnia reputari partem litis antiquae, ita ut eam non reddant totaliter extinctam, tenuit Rota in dec. 462. num. 8. cor. Bich. & dec. 162. num. 18. parti 19.

Et licet non parum fit controversiarum, an pro hac exemptione obtinenda necesse fit probare malam tractationem, aut vehementem suspicionem futurae saevitiae, cum de ea posse suspicari, ex praesumptionibus ortis ex sola lite suffice-

re dicant Tambur. d. q. 2. disp. 15. num. 8. Mandof. de inhib. bit. d. q. 103. n. 5. Marchel. de commiss. d. §. 1. n. 76. Pignat. d. consult. 136. n. 4. to. 4. Cassid. d. dec. 6. n. 3. §. dec. 280. num. 4. 5. & 6. p. 5.

E contra negant Lotter. d. q. 2. a nu. 39. ad 42. Achil. de Grassis dec. 16. de priv. dec. 36. post Tamburin. de iur. Abbat. dec. 258. num. 29. p. 7. tenentes requiriti iurisdictionem probationem, & non sufficere solum formidinem, vel praesumptionem.

Hanc tamen difficultatem cessare allegabant in casu, cum iudicando gravamina, quae aerebant illata a Vicario Generali, & Ministris Curiae Toletanae, Tum propter excessus commissos in capiendae possessione vigore executorialium canonizatos in tribus instantibus, & postmodum in mea decisione huius causae 20. Junii 1687. §. Constat. Tum ex causa tot censurarum fulminataram contra Priores Curatos, & alias personas, Tum etiam pro contemptum Ordinum Nostrorum Tribunalis emanatum 16. Januarii libentis anni, dum libri Ecclesiarum non restituerunt Prior hereticae attento legitimo impedimento satis iustificato non examinatur in Prioratu: Decima in primum statum non restituerunt, ac posthabitis montis S. Rotae, proferunt Ministri Eminentissimi Archiepiscopi censuras, eadem inconfidit.

His tamen minimè refragantibus DD. censuerunt jurisdictionem delegatam non esse exercendam per viciniorum. Deficere quippe visum fuit suppositum existentiae litis super competentia jurisdictionis delegatae in Prioratu, prout requiritur ex dicta Bulla B. Pii V. ut constituitur viciniori Episcopo jurisdictione delegata, & de iure de iure exempto subdito litiganti cum Episcopo. Nam tribus sententis conformibus Eminentissimo Archiepiscopo tributa fuit delegata jurisdictione in M. Prioratu, ille quoque sententia in iudicatum transierunt cum relaxatione executorialium Rotalium, quibus litis remanet extincta, Dunozet. Jun. dec. 5. n. 2. Adl. ad Buratt. dec. 297. n. 33. Praeterea quia fuerunt executiones demerendae Grat. disp. 758. n. 19. & 20. Penn. dec. 1174. n. 5. Eminent. Cerri. dec. 691. n. 7. cum successiva partitione M. Prioris, ut in dec. super atheni. 4. Maji 1685. coram bon. mem. Par. lucc. & 16. Januarii §. quod autem, & 10. Junii §. Licet coram cor. R. P. D. meo Ursino; Et si adhuc superius controversiae non sunt circa competentiam jurisdictionis delegatae, sed circa illius exercitium, & usum.

Nec juvat commissio restitutionis in integrum, per quam potest praetendi exemptio, quae durat etiam in iudicio restitutionis in integrum, Lancell. de atheni. lite pendente, p. 2. c. 4. n. 74. Tambur. de iur. Abbat. d. disp. 15. quest. 3. n. 9. Cocc. dec. 175. n. 12. Ad den. ad Pamph. dec. 419. num. 8. in fin. Nam M. Prior, qui imperavit hanc commissionem uti adhaec ad usus non fuit, citando ad dicendum contra, sine qua citatione quoad rem non inducitur litis pendencia, Clem. 2. in lit. pendens. Lancell. de atheni. p. 2. c. 4. de atheni. lite pendente. in prax. n. 230. Bich. dec. 284. n. 12. & 13.

Ultra quod commissio continet clausulam parvo iudicatio, quae operatur nedum rescissionem omnium expensarum, verum partitionem quoad omnia iura Episcopalia debita vigore rei iudicatae, Marefcott. var. resol. c. 27. num. 1. & 2. l. 1. Bich. dec. 167. n. 27. & dec. 173. nu. 1. & 2. p. 6. Sed dato etiam quod penderet iudicium restitutionis in integrum, cum tamen sit executio res iudicata non habet locum exemptio, praeterea restitutionis in integrum iuxta limitationem adductam a Lancell. d. c. q. n. 50. qui refert ita fuisse declaratum in una Barchinon. exemptionis 27. Octobris 1533. coram Capizuechio.

Ceterum et si supponeretur, five per commissioem restitutionis in integrum, five ob relatas controversias ortas occasione executionis rei iudicatae, item adhuc pendere, super delegata jurisdictione, vel illius exercitium, atque tamen Rota iudex delegatus simpliciter iuxta huius ordinarij signaturae iustitiam non potest vigore antiquae commissionis sive vel alias specialia ad hunc effectum, hanc exemptionem concedere, Mandof. de inhib. d. q. 104. n. 5. vers. loquimur in Tode delegatae: Et idcirco exemptio haec solum concedi, vel in Signatura gratiae, vel a S. Cong. Eminentissimorum Cardinalium super Episcopis, ut restantur Lotter. d. q. 24. a nu. 26. ad 42. Mandof. eod. n. 5. Tambur. d. disp. 15. q. 3. n. 7. Lancell. eod. n. 50. Gonz. ad reg. 8. §. 16. n. 18. Feanch. de Eccl. Carbed. c. 30. n. 34. & seg. Paris. de rescrip. d. q. 1. l. 1. n. 7. Corrad. in prax. disp. l. 4. c. 5. n. 55. Pignat. d. consult. 136. n. 2. 3. to. 4. Cassid. d. dec. 6. n. 7. d. dec. 280. n. 3. p. 5.

Quibus positis, superfluum existimatur DD. cognoscere de subsistentia, & relevanta gravaminum allegatorum a M. Priore, quorum cognitio esset assumenda, praesuppositis necessariis requisitis existentia litis super competentia iurisdictionis.

jurisdictionis delegatae, & specialis commissione ad effectum, de quo agitur. Ultra quod illorum iustificatio negabatur ab Eminentissimo Archiepiscopo, allegante alia plura commissiva a Ministris M. Prioris.

Et ita utraque.

R. P. D. MOLINES.

Toletana Jurisdictionis.

Luna 10. Januarii 1689.

Post ad iudicatum Eminentissimo Archiepiscopo Toletano ordinariam jurisdictionem in populum Laicum M. Prioratus Castellae, & Legionis utriusque Sexus, Clericos, & Ecclesias Saeculares, & delegatam quoad concernentia curam animarum super Ecclesiis regularibus curatis Prioratus, & illam in eis exercentes, cum quotidie occurrerent contentiones in istarum jurisdictionum exercitio propter exemptiones competentes S. Religionis Hierosolymitanae, ad obtinendam omnia controversia capita, utque Eminentissimus Archiepiscopus impelleret postea pacifice frui utraque jurisdictione sibi per rem iudicatam tributa, opportunitus effectus ut eam sibi confirmari cum speciali inhibitione contra M. Priorem, & quosque Ministros, quam petit sibi concedi ad normam rei iudicatae. Cumque sub die 10. Decembris proxime elapsi dubitasset, an & quomodo esset inhibendum, ac pro maturiori causa resolutione dilata resolutione ad hodiernam diem, sub qua repositio dubio attentè perpensis omnibus hinc inde dictis DD. responderunt: *Inhibendum esse iuxta modum infra exprimentum.*

Censuerunt itaque primo loco inhibendum esse M. Priore Vicario, alique Ministris, ne perturbent Eminentissimum Archiepiscopum quos Vicarium, alioque Ministros in exercitio jurisdictionis ordinariae Spiritualis in Populum Laicum utriusque Sexus, Ecclesias, & personas omnes Ecclesiasticas Saeculares existentes in Territorio M. Prioratus, & Dioecesi Toletana, relinquendo super hoc liberum exercitium Eminentissimo Archiepiscopo, quosque Ministros, cui privative competet hac iurisdictione ordinaria Spiritualis ex assistentia juris quae favore militante ob situationem M. Prioratus intra limites Dioecesis Toletanae, prout iudicatum fuit tribus Rotalibus sententis latas favore Mensae Archiepiscopalis, ut latius in decisionibus huius causae, nempe 70. num. 78. & 33. dec. 220. num. 5. dec. 234. num. 2. & 3. dec. 390. num. 13. dec. 391. n. 12. p. 13. & coram Priolo d. c. 295. num. 4. & 5. cum relaxatione executorialium continentium ad hunc effectum inhibitionem, ibi: *Inhibemus praeterea a modo, & forma praemissa, ac inhiberi volumus, & mandamus omnibus, & singulis Ministris inferioribus DD. Serenissimo D. Joanni de Austria M. Priori Castellae, & Legionis S. Religionis Hierosolymitanae, M. Magistris, ne vos, seu vestrum aliquos Eminentissimum, & Reverendissimo D. Cardinali Archiepiscopo Toletano quominus omnia, & singula praemissa, seu mandata consequantur effectum, & impediantur praestari.*

Relevantes tamen sub dubio competentia Tribunalis, & pro quibus causis, ac personis alias propositis, & non resoluta plenariam discussionem ab eis habet ordinaria iurisdictione Spiritualis comprehendantur Ministri, familiares Equitum, Priores, Coloni, Procuratores, factores, & alii non professi, qui vigore antiquorum privilegiorum S. Religionis Hierosolymitanae, & in specie Pii IV. in Bulla q. in ordinis, §. 36. & 37. tom. 2. confirmata per S. Pium V. in Bulla 77. d. tom. 2. etiam exempti, casu quo essent delicti aliquo ex tribus requisitis stabilitis a S. C. T. scilicet 24. de rescrip. c. 11. vers. excoisus, & a Greg. XIII. in Bulla 67. d. tom. 2. quos in casu deficientia dictorum requisitorum, vel aliter eorum non gaudere exemptione, rejecta distinctione inter ordinariam, & delegatam, privativam, & cumulativam, civiliter, & criminalem, sed essent ceteros de populo laico subiectos ordinariae jurisdictioni plene jure praetendebat Eminentissimus Archiepiscopus. Tum attempta conciliari dispositione in d. r. 11. ibi: *plene in omnibus, & verbis dictae Bullae Gregor. XIII. plene in praedictis subiecti existant, quae constitutio fuit praeservata in confirmatione privilegiorum S. Religionis Hierosolymitanae emanata a Successoribus Pontificibus Sixto V. Greg. XIV. Clemente VIII. Paulo V. qui refert Mars. Anton. Micerat. l. 1. resol. 18. num. 73. & habentur in volumine Statute S. Religionis in fine, quibus coherent confirmationes Urbani Octavi in sua Bulla 13. §. 10. & Innoc. X. Bulla 31. §. 9. tom. 5. Tum plurimum DD. auctoritate hoc affirmantium; nempe Fagnan. in cap. grove. de Offic. Ordinarii, nu. 36. Barbof. in collect. ad Sac.*

Card. de Luca, Lib. III.

Concil. Tridentini. capit. 11. numer. 10. Giurba consil. 77. numer. 3. circa finem, Rodric. quesi. regul. tom. 1. questio. 65. art. 17. Leo in T. beaur. for. Ecclesiasticae. part. 2. cap. 17. numer. 78. Spad. consil. 157. numer. 9. versic. & comprobatur, & numer. 12. lib. 1. Marant. respon. 6. numer. 14. part. 2. & respond. 80. nu. 22. part. 4. Laurent. de Franch. controvers. inter Episcopos. & Regul. quesi. 3. numer. 118. Cardin. de Luca de jurisdictione. disc. 4. & in supplement. disc. 101. numer. 9. part. 1. Pignatell. consultat. 21. 22. & 23. tom. 2. Capon. cons. 307. 327. num. 9. & segg. Sperell. dec. 21. num. 30. Nec non Sacrae Rotae in dec. 70. huius causae, n. 44. & 45. dec. 391. a nu. 8. ad 11. p. 13. Priolo. dec. 295. ac in alia Imolez. impressa, par. 18. dec. 120. num. 16.

Tum demum ex mente S. Congregationis Concilii in pluribus decretis, & in Janu. 14. Augusti 1607. relata a Nicolio in Floscul. verb. Hierosolymitani. num. 6. ac in Faventina 28. Aprilis 1586. & in alia Faventina 13. Decembris 1667. quas expendunt Card. de Luca d. disc. 14. & Pignatell. d. consult. 21. num. 20. in fine.

Quibus replicabant Scribentes pro Sacra Religione, vel M. Priore per Sacrum Concilium Tridentinum, & Constitutionem Gregorianam fuisse Ordinarius super huiusmodi personis per antiqua privilegia exemptis, non libentibus compulsive tria requisita, concessam tantum delegatam jurisdictionem, hancque solum in causis criminalibus cumulative tamen cum M. Priore, ut in praedictis pro causis civilibus salvam remaneret jurisdictionem ordinariam privativam, eo quia Sacrum Concilium Tridentinum, & Bulla Gregoriana voluerit obviare excessibus laxioris viae ortis ex causa exemptionis, ut depromitur ex proemio, indeque Ordinarios fuisse constitutos pro hoc Sedis Apostolicae delegatos, ut ex verbis Sacri Concilii, ibi: *Ipsi Ordinarii tanquam Sedis Apostolicae delegati, & repetitis in dicta Bulla ibi: Ab ista Ordinarii tanquam Sedis Apostolicae delegati de eorum excessibus, criminibus, & delictis etiam extra visitationem, quando, & quoties oportuerit, inquiri, visitari, puniri, & corrigi possunt.* Et hanc delegatam concessam Ordinarius non perturbare privilegia exemptorum quoad ordinariam jurisdictionem alteri Praelato competentem ex Fagnan. incap. cum dilectus, de Relat. dom. nu. 33. qui testatur de mente S. Congregationis Concilii, Felin. in cap. Pastoralis, & in cap. Caeterum, n. 4. de iud. Barz. in lib. 1. C. de offic. Praefect. Urb. Dec. conf. 3. l. 1. Urbil. ad Afflic. dec. 1. num. 6. Scacc. de iudic. l. 1. c. 66. n. 3. §. Et haec, Boss. tract. crim. tit. de for. compet. nu. 2. Pamph. dec. 373. n. 1. & ibi Ad den. n. 7.

Idque confirmari exemplo protonotariorum quorum privilegia fuisse plene derogatum in causis criminalibus dixit Barbof. d. c. 1. n. 2. qui refert decretum S. Congreg. Concilii in una Papieni. 4. Decembris 1650. & de Referendariis tenet Fagnan. in cap. ex parte d. 2. nu. 8. & 9. de privileg. Farin. dec. var. Rot. & declarat. Concilium in dict. cap. 11. fol. 315. ubi quod hoc capit non habet locum in civilibus.

Secundo loco inhibendum esse M. Priore, quosque Ministros, ne impediunt Eminentissimo Archiepiscopo, quosque Vicario jurisdictionem delegatam in concernentibus curam animarum, & administrationem Sacramentorum tam in Ecclesiis Regularibus curatis, quam in personis illam exercentibus, ut per rem iudicatam fuit favore Eminentissimi Archiepiscopi declaratum vigore dispositionis Sacri Concilii Tridentini sess. 25. de regul. cap. 11. Bullarum S. Pii V. 77. §. 7. & 136. §. 3. & Gregor. XIII. 67. §. 5. Rota dec. 120. num. 5. cum duob. sen. par. 18. & in hac causa dec. 391. nu. 2. ad septimum, part. 13. necum in visitatione, verum etiam extra, ut dicitur in dicta Bulla Gregor. §. 2. ibi: *etiam extra visitationem, Cardinalis de Luca dicit, d. disc. 4. numer. 5. Pignatell. citat. consultat. 21. a numer. 4. ad 7. Sperell. dicit. dec. 21. numer. 79. dicit. dec. 391. num. 9. parte 13. & dec. 120. eodem. tom. 2. ad 14. par. 18. cum expressione in omnibus actibus hoc fieri jure delegato, ut disponitur in dicta Bulla S. Pii V. 136. §. 3. 4. & 8. Nicol. in Floscul. verb. Hierosolymitani, num. 10. versic. cum Ordinarius, & verb. visitatio, num. 1. ampliat. 13. versic. & dum visitat, Rota dicit dec. 391. num. 7. part. 13. & dicit. dec. 120. num. 9. parte 18.*

Ita tamen ut Eminentissimo Archiepiscopo ob hanc delegatam jurisdictionem non possit excludere M. Priorem a cumulativa visitatione earumdem Ecclesiarum, & Parochorum jure Ordinario ea ratione, quia iurisdictione delegata non censetur ordinariis tributa privative ad superiores religionis, sed cumulative, Fagnan. in cap. privilegia, de priv. n. 44.



Et licet clarum non esset, an huiusmodi Jurisdictione competere iure Monastico tanquam Superiori Regulari, & vel in foro contentioso, tanquam extendi ad omnes casus ab eo praeteritos in supra relatis deputatione, & editis. Tamen non poterat Vicarius Eminentissimi Archiepiscopi de facto, & ad sub censuris devenire ad praecipuum remotionis, sed super hoc articulo, & super quibus casibus, & personis posset Jurisdictionem exercere Vicarius M. Prioris, sententiam nostri Tribunalis exequitere, ut responsum fuit in secunda decisione R. P. D. mei Ursini, & tertia R. P. D. mei Rondinini, & ultima coram me in omnibus, & finali.

Tanto magis, quia Magnus Prior tunc reperiebatur in possessione retinendi Vicarium pro exercitio Jurisdictionis Ordinariae spiritualis contentiosae in personas sibi subditas, corroborata Decisionibus Rotalibus 390, & 391, part. 19. super Jurisdictioni Sacrae Religionis, & Magni Prioris in Ecclesiis, Monasteria, Hospitalia, aliaque loca Regularia, Equites, alioque in Privilegiis comprehensos, salva tamen delegata Eminentissimo quoad Curam Animarum.

Et ita reservata cognitione quoad Decimas in disputatione Dubii principalis, additoe ut interim super his nihil innovetur contra formam Rotalium Exequutorialium resolutum extitit. Utraque, &c.

R. P. D. MOLINES.

Toletana Jurisdictionis super pertinentia Ecclesiarum.

Luna 6 Junii 1689.

Resumpta hodierna die disputatione super pertinentia, & qualitate Ecclesiarum, ac Beneficiorum intralimites Magni Prioratus existentium sub peculiari Dubio; An, & quae Ecclesiae, seu Beneficia intralimites Magni Prioratus sint secularia, vel potius Regularia, & Sacrae Religionis, geminis vicibus non resoluta, primo coram R. P. D. meo Ursino 7 Junii 1686, secundo 27 Novembris coram R. P. D. meo Rondinino, experientique Juribus (quorum legalitas liquet ex processibus ab ipsa Dignitate Archiepiscopali fabricatis, presentibus ob ipsa Dignitate contentiosis inter eisdem Partes.) Domini censuerunt omnes Parochiales, Hospitalia, Oratoria, & Eremiticas, Magni Prioratus, ac Beneficium simplex de Villa Franca esse Regularia, & Sacrae Religionis.

Et quidem aggrediendo examen Parochialium Ecclesiarum numero decem, & novem, quarum duae sunt in Villa Confoetra, aliae duae in Villa de Alcazar, aliae duae in Villa de Madridexos, & reliquae tresdecim in eisdem locis, seu Villis nuncupatis Arganmilla, Turleque, Camunas, Villa Franca, Herentia, Tembleque, Manzaneche, Villa Canas, Arenas, Villarta, Ievenes, Quaro, & Urda; harum Regularitas, & pertinentia ad Sacram Religionem liquet ex pluribus.

Primo ex concordis 1228 & 1229, in iis inter Archiepiscopum Toletanum cum consensu Capituli Toletani, totumque ordinem Hierosolymitanum Summ. Magni Prioris, num. 1, quibus statuitur, nedum Parochiales tunc crectas de Alcazar, Villamiel S. Mariae de Confoetra, & S. Mariae de Penarosa, aliaque Ecclesias ipsi specificatas, quarum memoria quatuor saeculorum spatio perperita reperitur. Verum, & erigendas, vel impositum in termino Confoetra populas ad Hierosolymitanum Hospitalis pertinere; quae concordiae pariunt exceptionem litis finitae, cap. 1. de transact. Urceol. de transactio. qu. 68, a num. 22. Cancervar. part. 1, cap. 18, numer. 48. Roxas decif. 145, numer. 8. Et utpote producta a Dignitate Archiepiscopali pro fundanda situatione Prioratus infra fines Diocesis Toletanae, ut in decifion. 70. in princip. versif. quia viliu est, & numer. 1, & decif. 224, numer. 4, & 5, part. 13, censetur etiam quoad qualitatem Regularitatis Ecclesiarum approbate, ex regula quod produens scripturas censetur fieri omnia in eis contenta esse vera, Bartol. in 1. post legatum 3. num. 4. ff. de his quib. in indig. Bald. in 1. scriptura 14. Cod. de fideic. instrum. Gregor. decif. 238, num. 5. biq. Adden. numer. 15. Bich. decif. 492, numer. 7. Emih. Cerrus decif. 565, numer. 7. Itaut amplius impugnetur non possunt. cap. cum venerabilis 6. ubi Doctores de exceptionibus, Felini in cap. imputari 13, num. 9. de fid. instrum. Caputaquen. decifion. 188, num. 4. part. 1. dicta decif. Gregor. num. 15. quamvis producta in parte, & partibus, quia in scriptura producta pro fun-

damento intentionis non potest quis se fundare, quin etiam teneatur contra se approbare, Rota Januensis decif. 72, num. 4. Olafch. decif. 38, numer. 29. Adden. ad d. decif. 238. Gregor. lit. Cod. in fin. & dum Mensa Archiepiscopalis ex tenore eandem concordiarum retinet loca, seu Villas Lillo, Rometa, & Dancos, quae erant de termino Confoetra, & ei fuerant dimissa a S. Religione, debet aequanimitate admitti quicquid praefata transactiones favore ejusdem Sacrae Religionis praefertunt.

Secundo ex dd. Ecclesiarum situatione in Territorio Magni Prioratus a Sacra Religione acquisiti titulo Donationis a Rege Idelphonio anno 1183, a Lucio Papa confirmata dict. Summar. numer. 12. & iure Belli a Saracenis vindicatis, teste Roderigo Mendez. in tractat. Populat. ff. pen. cap. 173. incipien. Villa Confoetra, & dixit Rota decif. 221, numer. 34. part. 13. quae situatio junctis praedictis donatione, ac confirmatione Apostolica, & dictis concordis, ponit in claris regularitatem, Rota dec. 102, m. 1. & 2. part. 1. & decif. 204, num. 2. part. 2. recent.

Tertio eo quia Magnus Prior tempore (reservata tertia parte Decimarum Mensae Archiepiscopali debita ad tenorem mox relatarum transactionum) percipit Decimas, quae circumstantia aliis roborata admissis non leve praebet regularitatis, & pertinentiae ad Sacram Religionem argumentum, Rota decif. 11, numer. 5. versif. quibus non obstant, coram Martin. Andr. & in citata dec. 102, numer. 3. part. 1. dec. 204. eod. num. 2. part. 2. recent.

Quarto ex commissione porrecta anno 1610, nomine Cardinalis Sandoval tunc Archiepiscopi Toletani pro vindicanda in Ecclesiis Curatis delegata Jurisdictione circa respicientia Curam Animarum, & Sacramentorum administrationem eodem Summar. num. 5. ex qua optima elicitur frequentia, ipsum factum fuisse, Ecclesias uti regulares iure ordinario spectasse ad Sacram Religionem, alias si secularis putasset, sibi tradi potuissent ordinariam Jurisdictionem plenam, in id. Ecclesiis, nec est verisimile, voluisse sibi, suisque successores praesumere, nisi scivissent pertinentiam ad Sacram Religionem, Rota decif. 25, num. 8. & 9. coram Eminentissimo Orthodoxo.

Quod ex magis arguit, quia in sequelam hujus commissionis assumpta disputatione anno 1612, & 1613, coram Priorato, Archiepiscopus Toletanus petitum tunc moderationem inhibitionis obtentae a Magno Priore allegante Ecclesias exemptas a visitatione Ordinarii ut regulares, & Sacrae Religionis, & se restrictrix Archiepiscopus in praetendenda visitatione Ecclesiarum jure delegato in respicientibus Curam Animarum, ut in decif. 366, numer. 1. part. 1. & decif. 493, numer. 5. & 6. part. 2. recent. cui accedit altera confessio judicialis nomine Dignitatis emanata in comparatione judiciali anno 1615, eodem Summario, num. 7. quod etiam affirmare non erubuit Procurator Eminentissimi Archiepiscopi, adducendo in Ecclesiis utpote regularibus non praetendere Eminentissimum visitationem, nisi jure delegato d. Summ. num. 9.

Sexto, ex visitationibus factis a Vicariis Magni Prioris registratis in Processu compulsorios fabricato anno 1615, eodem Summario, numer. 8. ac approbatis in decif. 390, numer. 12. quae percipiunt singulas fere Ecclesias Magni Prioratus, & istae visitationes, junctae auctoritate dict. Summ. num. 8. factae de ordine Judicium compulsorialium cum interventu Procuratoris clar. mem. Cardinalis Sandoval tunc Archiepiscopi, ac mediante accessu ad singula Oppida Magni Prioratus concorditer relata in Processu ostendunt cum negativa coarctata, nedum ab anno 1499. usque ad 1613. verum etiam antea dictis temporibus non reperiri eas ab aliis Judicibus Ecclesiasticis praeter illos Sacrae Religionis Hierosolymitanae visitatas, quod arguit regularitatem Ecclesiarum, Duran. dec. 144, num. 6. dec. 371, num. 2. part. 1. recent. dec. 573, num. 4. part. 2. & dec. 93, num. 20. & 21. part. 16.

Itaque omnia confirmantur, quae per se Rectores controversarum Parochialium denominantur Priores, quae denominatio propria est in Ecclesiis Regularibus, Burata. dec. 626, nu. 2. Tum quia onera sustentuntur a Sacra Religione, nec per his quidquam probatur contrarium esse Mensam Archiepiscopalem, ut in terminis advertitur in dec. 102, m. 1. & dec. 204, nu. 1. circa finem p. 2. rec. Tum ex pluribus commissioibus a Dignitate Archiepiscopali directis harum Ecclesiarum Prioratus, expressa qualitate Regulari eodem Summario Magni Prioris, num. 10. quae enuntiativae perpetuo etiam adiectae in praedictis Visitacionibus ad hunc effectum attenduntur, Mart.

Mart. Abdt. decif. 11. in princip. versif. Secundo concurrerant, Eminentiss. Orthob. dec. 125, numer. 2. & 3. dec. 371, numer. 3. part. 1. recent.

Tum demum eo quia pro parte Curiae Archiepiscopalis (licet exis Ministri ex vicaratis Archivis exhibuerint innumeros actus collationum de nonnullis Capellanis) tamen non docetur ullum unquam quatuor saeculorum spatio usque ad tempus praesens habitum fuisse concursum in praefatis Parochialibus, ullamque intervenisse collationem, seu provisionem pro Toletanos Archiepiscopos factas, vel a Sede Apostolica; nec ininis durantiibus alteracionibus Jurisdictionalibus inter has Partes unquam deducta fuit pro parte Dignitatis Archiepiscopalis praesentis secularitatis ad Ecclesiarum, ex qua antiquissima tolerantia magnum induxit Regularitatis argumentum, cum non sit verisimile, Archiepiscopos Jus adeo considerabile deducere neglectis. Buratti decifion. 626, numer. 1. & 2. Bich. decifion. 59, numer. 14. decifion. 9, numer. 15. part. 10. decif. 62, numer. 2. part. 15. dec. 93, numer. 20. part. 16. dec. 809, num. 19. part. 18.

Et contra patet, a longissimo tempore fuisse praedictas Ecclesias provisas pro conventum Sanctae Mariae de Monte Professis dictae Religionis nominatis Prioribus illarum, servato turni, & antianitatis ordine, ut deponunt Testes formiter induci ex parte Mensae Archiepiscopalis anno 1623, Summario Magni Prioris, numer. 3. & alii juridicialiter examinati anno 1615, pro parte tunc Magni Prioris dict. Summario, num. 4. quae longissime observantia statum regularitatis manifestat, Duran. decif. 144, numer. 4. versif. deinde, Buratt. d. decif. 626, numer. 1. & 2. Bich. d. dec. 59, numer. 14. Merlin. decif. 128, numer. 1. & 2. ultra quod non constituto, ut in casu, de contrario statu antiquiori secularitatis satis istas Ecclesias per 40. annos possessas reperiri a Regularibus, cap. cum beneficio 5. 8. Quando, junctis glosis verbo de legitima, & verb. iuxta modum, de praebendis in 6. Clement. 1. de supplen. neglig. Praelator. Barbof. de potestate Episcop. part. 3. allegat. 57, num. 168. Garz. de Benefic. part. 7. cap. 10. num. 1. Moneta de commut. ultim. volunt. cap. 10. num. 21. in fine, Hojed. de incomparabili. in praes. numer. 6. ad med. versif. regularia beneficia sunt, Mascard. de probat. concl. 172, num. 13. versif. primo simile, Sanchez ad praecip. decalog. lib. 7. cap. 19, num. 15. Tondut. resolut. benef. cap. 4. num. 3. seq. Corrad. in praes. benef. lib. 1. cap. 6. num. 322. cum seq.

Quibus pro corone adimplatur ipsamet res Judicata, in qua Ecclesiarum regularitas in genere fuit stabilita, & vigore Privilegiorum praeservata Magno Priori Jurisdictione in Ecclesiis, Hospitalia, aliaque loca regularia Prioratus, ac provisionales concordiae, & praecipue illa Archiepiscopi Ximenes anno 1516. in qua ex pactis inibi expressis supponitur evidenter exemptio dictarum Ecclesiarum, illarumque regularitas, & pertinentia ad Sacram Religionem, quae licet temporales, & provisionales faciunt pro regularitate, de Angel. de confess. lib. 3. qu. 12. num. 53. dec. 91, num. 15. part. 10.

His instantibus, penitus elisa remanet praesumptio Juris militans pro secularitate Ecclesiarum, quia ista procedit solum in dubio, in quibus terminis loquuntur Gonzal. ad regul. 8. l. 7. num. 1. Corrad. in praes. Benefic. lib. 1. cap. 6. numer. 322. Gaztia de benefic. part. 1. cap. 6. num. 12. & part. 7. cap. 10. nu. 1. ceterique in contrarium allegati, non autem quando tot, & tanteque concurrunt pro regularitate demonstrationes, cum hoc casu praesumptio cedat veritati, Seraph. dec. 1278, nu. 5. Peuting. dec. 12, nu. 7. & 8.

Prout non obstat, plures ex praenotatis actibus emanasse lite iam contestata super Jurisdictionali controversia inter Archiepiscopos Toletanos, & Magnos Priores de anno 1503, ut referuntur in decif. 70, num. 62. decif. 120, numer. 26. & decif. 333, num. 4. part. 13. indeque non valuisse prajudicium irrogare Mensae Archiepiscopali. Et enim plura praecederunt litem; ut sunt concordiae anno 1228, & 1229. donatio regia cum confirmatione Apostolica, fructu Ecclesiarum in Magno Prioratu, perceptio Decimarum, subsecutatio onerum, observantia negativa ex non exhibitione alicujus actus regularitatis repugnantis a tempore d. Regiae donationis, & confirmationis Apostolicae, visitationes Ecclesiarum, quae superabundant pro inducenda regularitate ex supra deductis; & confessiones Archiepiscoporum eo magis attendi debent, quod factae apparent in Judicio, & pendente lite, quae nunquam excitata reperitur pro controversentia qualitate regulari Ecclesiarum, supposita, ut dictum est, tam in concordis provisionibus in iis saeculo praeter-

rito cum vigilantissimo Praesule, & pia memoriae Viro Cardinali Ximenes, quam in commissionibus obtentis ab Archiepiscopo Cardinali pro introductione Judicii Rotalis anno 1616.

Eoque minus attendendi sunt viginti tres Testes ab Eminentissimo Archiepiscopo ad probandum secularitatem Ecclesiarum adducti sub die 27. Novembris 1686. coram Reverendis P. Domino Rondinino, & hodie iterum coram me repetiti, quia examinati fuerunt extrajudicialiter pendente lite, & Magno Priore non citato, indeque nullam fidem merentur cap. 2. de Testibus, Rota decif. 296, numer. 13. part. 16. & alibi passim. Tum quia plures ex eis erant Aconomi, vel administratores deputati ab Eminentissimo Archiepiscopo in expulsionem Priorum Sacrae Religionis, ut in Summario Magni Prioris dato d. die numer. 43. Ideo cum eorum depositio non teneretur ad proprium commodum, & quia insubstante, ne removerentur a dictis Ecclesiis, & subsisteret remotio Priorum, non sunt attendendi Farinacc. de Testibus, quae ff. 60. num. 4. Rota decif. 797, numer. 19. coram Duoz. Jun. Tum quia quatuor ex eis sunt retractaverunt d. Summario, num. 43. Ultra plures alias exceptiones, quas patiuntur tam in personis eodem Summario, num. 44. quam in eorum dictis, plene ponderatas a scribentibus pro Magno Priore.

His sufficienter probati Ecclesiarum Regularitatem DD. visum est, licet apprehensa non putaverint alia plura in idem propositum conspirantia, prout sunt Atestata provisionum controversarum Ecclesiarum factarum a Magno Priore, & a conventu S. Mariae ab anno 1455. Summ. hodierno Religiosis, numer. 15. Confirmatio Institutionis praedicti Monasterii reedificati a Gundifalvo de Quiroga tunc Magno Priore pro collatione singulorum Prioratum, tam Curatorum, quam sine Cura Religiosis servato turni, & antianitatis ordine, ut ex Bulla Magni Magistri Jacobi Milli de anno 1455. eodem Summario numer. 6. cui concordat actus Capituli Provincialis in Oppido de Alcazar anno 1404. d. Summ. numer. 22. Facultas eligendi Priorem dict. conventus impartita pro electione, tam de Fratibus d. Monasterii, quam de Fratibus aliarum Ecclesiarum Prioratus dict. Summ. numer. 17. Applicatio sextae partis fructuum omnium Prioratum, & Beneficiorum regularium in Magno Prioratu Castellae, & Legionis existentium, ut ex Bulla Magni Magistri Baptista de Ursinis anno 1475. eodem Summ. numer. 18. nec non concordia anni 1499. in qua loco hujus sextae partis taxatur quantitas tridici dict. Summ. numer. 21. Concessio mortuarii, & vacantis Atrarii Sac. Religionis, ut ex diplomate Magni Magistri de Ambuson anno 1483. d. Summar. numer. 19. Applicatio reddituum, seu pensionum pro manutentione Religiosorum in publicis studiis, eo quia (ut dicitur) resistentes providendi furi Priores, & eis immineret Cura Animarum Ecclesiarum, & Populorum nostri Prioratus, ut habetur in literis Joannis de Homedes anni 1530. dict. Summ. numer. 20. Ereccionis Parochialium, nempe S. Joannis de Confoetra anno 1567. factae a Capitulo Provinciali dict. Summ. numer. 24. Sanctae Quiteriae d. Summar. numer. 25. Fundatio S. Mariae de Madridexos anno 1238. d. Summ. numer. 26. S. Salvatoris anno 1321. d. Summ. numer. 27. Ecclesiae de Arganmilla ob insubstantiam actis anno 1542. d. Summ. numer. 28. necnon Ecclesiae de Turleque anno 1248. d. Summ. numer. 29. & aliarum Summ. numer. 30. Processus super depositione M. Prioris Joannis de Valenzuela, in quo Priores omnium fere Ecclesiarum denominantur cum qualitate Regularitatis d. Summ. numer. 21. Existencia Insignium, & Regimatum in singulis Ecclesiis controversis d. Summ. numer. 32. quae pro regularitate admodum deservitur, Manzaned. d. decifion. 41, numer. 5. Merlin. decif. 128, numer. 5. & demum attestatio Capobrevium, seu melioramentorum factorum a Magno Priore, & aliis Prioribus in singulis Parochialibus dict. Summ. numer. 33. quod etiam conducit ad regularitatem, Duozett. decif. 989, num. 2. & 4.

In nihilo refragante quoad haec defectu legitima extractionis mediantibus literis compulsorialibus, quia tantum coherencia tot aliis demonstrationibus, & administris supra deductis, ac observantiae correspondentia, deservit etiam nulliter compulsata, Bich. decif. 290, num. 41. Merlin. dec. 53, nu. 1. d. dec. 53, nu. 16. part. 18.

Firmata ex praemis Ecclesiarum Parochialium regularitate, & deveniendo ad Hospitalia, Heremiticas, & Oratoria, horum Regularitas, & pertinentia ad Sacram Religionem apparuit ex iisdem fundamentis hucusque expensis, B 3

sis, nemp̄ situatione in Territorio temporali, visitationibus, concordia 1516. observantia negativa, alique supra deductis; Prout respectu Beneficij simplicis de Villa Franca pertinentia ad Sacram Religionem patuit ex Instrumento fundationis anni 1563. cum qualitate Regularitatis *summario Magni Prioris*, n. 34. quod facit probationem probatam ex vulgatis.

Et ita utraque &c.

R. P. D. MOLINES.

Toletana Jurisdictionis.

Veneris 17. Junii 1789.

**D**ubium non minus grave et aliis in hac Jurisdictionali controversia diceptatis DD. meis exhibui dirimendum: An liceat nempe Magno Priori Castellæ, & Legionis retinere in Prioratu Tribunal, quomodò, & pro quibus causis: cui etiam addit alterum ab isto dependens aliis non resolutum, scilicet: Quomodò sit inhibendum super reservatis die 10. Januarii proxime præteriti, & DD. visum est, licere retinere Tribunal intra limites Prioratus pro causis infra specificandis, & inhibendum juxta modum infra exprimentum.

Præbiti retentioni Tribunalis motivum ipsam istius quidditas, & essentia: Cum enim Tribunal nihil aliud sit, nisi locus ubi jus dicitur, & ubi iudex sedet audiendo, & judicando, l. 1. ff. de Jure. leg. Jus pluribus modis 1. 1. a. sua significazione, ff. de Just. & Jur. l. 2. ff. de rejudicat. Gloss. in aut. de appellat. & intra que tempora, §. *Unde verbo Tribunal*, Bart. in eadem aut. §. *Illo videlicet*, numer. 11. Franc. Episc. Barbafr. de compet. Juris inter Curias, quest. 20. numer. 1. & segg. Monet. de Conservat. cap. 8. numer. 28. ad med. vers. Tribunal. Et competat cuicumque habenti Ordinariam Jurisdictionem in foro contentioso, Cardin. in Clement. 2. §. *Notorium de re judic.* Lancellotti. Corrad. in Templo Judiciali, lib. 2. vers. *Constitutio*, numer. 2. Monet. loco citato, Pignatelli. consil. Can. 25. numer. 4. in fine tom. 2. ac in istius sequela veniat habere Fiscum, Notarium, Familiam armatam, Carceres, & omnia que, sine quibus subditi iudicari, & puniri nequeunt, alias Jurisdictio effectus inanis, & elusoria. l. 2. ff. de Jurisd. omn. Judic. l. 1. §. ult. vers. *Paulum vocat*, & l. fin. ff. de officio ejus, cui mandata est Jurisdictio, l. 1. c. de Sporulis, Farin. in prax. par. 4. qu. 1. 14. nu. 67. Barbof. de potest. Episc. par. 3. allegat. 107. a. n. 2. ad 7. Cabal. resolut. Crimin. cas. 262. n. 1. cum tribus seq. Pez. in prax. crimin. cap. 24. sub n. 8. Cortiada dec. 27. n. 14. Metell. dec. 6. n. 1.

Hinc fit, quod Magno Priori habenti Jurisdictionem Ordinariam in foro contentioso, quoad personas, & loca exempta liceat pro suo dictæ Jurisdictionis exercendæ, per se, aut ejus Vicarios Tribunal retinere cum omnibus, que veniunt in sequela Ordinariæ Jurisdictionis contentiosæ.

Et sanè competenti dictæ Jurisdictionis Ordinariæ contentiosæ probatur ex tenore privilegiorum à Summis Pontificibus Sacræ Religionis Hierosolymitanæ concessorum, & claris ex Bulla Pii IV. in ordine 262. num. 2. veterum renovativa, in qua Monasteria, Ecclesiæ, Hospitalia, alique loca Regularia, Priores, Equites, familiaris, Familiæ, Coloni, & Vassalli Religionis Hierosolymitanæ eximuntur à Jurisdictione Ordinatariorum, & Jurisdictione Ordinaria istis competens transferuntur in Magnum Magistrum, & alios Superiores Religionis, ut ex eadem Bulla §. 21. 37. & 65. dixit Rota dec. 290. a. num. 7. ad 10. & dec. 391. num. 1. & 11. par. 13. Priol. dec. 295. num. 15. & 16. & tenet de Luca de Jurisd. disc. 1. numer. 6. Tambur. de Jur. Abb. tom. 2. disp. 1. qu. 2. num. 2. vers. *supposito enim*, Fagnan. in cap. quanto de offic. Ordin. nu. 24. & 27. ob quam exemptionem, & translationem facti sunt Ordinarii intra limites suarum Jurisdictionum, & administrationum, prout tales nuncupantur in dicta Bulla Pii IV. §. 65. & in dec. hujus Cause 70. a. n. 53. ad 55. & 390. n. 9. par. 13. & antea dixerat Rota coram Septh. dec. 615. in principio, dec. 198. n. 4. vers. *stante apud Poth. de manu*, & dec. 493. n. 5. par. 2. ree. & comprobatur de Luca de Jurisd. disc. 1. nu. 6. & lib. 14. par. 4. Miscellan. disc. 13. n. 9. & 11.

Quod confirmatur ex stabilimentis Religionis, ad que se retent dicta Bulla Pii IV. nemp̄ Statutum §. 69. tit. de Prioribus, ubi caveatur, Priorem Meliten. posse deputare, & eligere in Prioribus, Castellana Emposte, & Commendis Religionis, Visitatores, & Vicarios Ecclesiasticos pro exercitio Jurisdictionis Ecclesiasticæ spiritua-

lis in Capellanis, Clericos Saculares, Laicos, Subditos, & Vassallos Religionis, & hoc ubi Priores paritularæ, Castellani Emposte, & Commendatores non habent aliquam Jurisdictionem spiritualem, quam si habent, possent isti ex se Vicarios, & Visitatores eligere; Itaque dispositio coarctari nequit ad solum Priorem Meliten. quoniam Statutum præservat Jurisdictionem aliis Prioribus particularibus, si consueverint illam in suis Prioratibus exercere, prout est in Magno Prioratu Castellæ, & Legionis. Et posse dictos Priores pro exercitio sue Jurisdictionis deputare Vicarios, & Visitatores affirmant Fagundez in præcepta Ecclesiæ, lib. 7. cap. 2. numer. 55. Roderig. tom. 1. Summ. edit. 2. cap. 27. num. 4. Sanchez de matrim. lib. 3. disp. 7. num. 11. Barbofa in Collat. ad Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 1. num. 55. & de potest. Episc. part. 2. allegat. 32. num. 33.

His accedit indultum Alex. VII. datum 17. Martii 1656. in quo referuntur, 5. Religionem pluribus in locis Judices Ordinarios retinere, & tribunalia ad decidendas causas contentiosas. Rursus prædictis omnibus consentanea est contentio, necum in Prioratu, Castellæ, & Legionis exercendi per Priorem, & quæ Vicarium Jurisdictionem Ordinariam præstatam, & habendi Tribunal quoad Causas, & personas ipsi Subditas, ut deponunt testes, *summario Religionis*, num. 2. sed etiam in aliis Prioratibus, ut de Civitate Salamæ, & Zamoræ, affirmant alii Testes eodem *summario*, numer. 4. Prioratu Navarra, Rotæ dec. 615. in princ. coram Seraphin. & Prioratu Meliten. de Luca lib. 14. par. 4. Miscellan. Ecclesiæ, disc. 13. num. 9. 11. & 13.

Et quamvis Magnus Prior non habeat Territorium separatam, & propriam Diocesim, cum omnimoda Jurisdictione, quasi Episcopalis, exclusio in totum Eminentiissimo Archiepiscopo, quia huic in decisionibus hujus Cause, & in tribus sententiis adjudicata Jurisdictio, necum delegata quoad Curam Animarum, & Administrationem Sacramentorum, sed etiam Ordinaria, quoad Populum Laicum, & Ecclesiæ, & personas Ecclesiasticas, Saculares, ut referunt in dec. 10. Januarii proxime præteriti, §. *Conservari*, itaque, & §. *Secundo loco inhibendum*, coram me, atque huic Magnus Prior absolute, & simpliciter Ordinarius dici nequeat, cum talis in hoc sensu non sit Prælati inferior prædictis qualitatibus carens, limitatamque Jurisdictionem ad aliquos actus, & personas habens, cap. §. *Papa 10. vers. his enim de priv. in 6. cap. cum venerabilis 7. vers. quia agit*, de Relig. ambib. Lotter. de re beneficiat. lib. 1. qu. 42. n. 100. ad 104. Fagnan. in cap. cum contingat, num. 23. & 26. de foro compet. Barbof. ex declarat. Congregationis Concilii in præl. de potest. Episc. part. 3. allegat. 81. in appendic. numer. 4. Priol. dec. 440. numer. 4. & 5. Coccin. ad dec. 346. numer. 7. & 8. dec. 69. a. numer. 12. ad 16. par. 19. & in Baren. Jurisdictionis 10. Maji 1688. §. *Etenim quomodo* coram R. P. D. meo Rondinino.

Tamen secundum quid, & ad certos effectus, ac in materia adaptabili dicitur Ordinarius, cap. ab Ecclesiæ 3. de offic. Ordin. ibique gloss. verb. *locorum*, Fagnan. in cap. post cessationem, de probat. numer. 3. ibique etiam Abb. & Felin. Cochier. de Jurisd. in exempt. part. 1. quest. 1. num. 9. & 10. Barbof. appellat. 177. numer. 1. Tambur. de Jur. Abb. tom. 1. disp. 1. quest. 4. Rota dec. 398. numer. 3. part. 4. diver. Coccin. dec. 346. num. 1. in quosdam Priores Religionis declarat Ordinarios Rota, dec. 70. a. numer. 53. & dec. 390. numer. 9. par. 13.

Quod sufficit ad præsentem controversiam, cum pro exercitio Jurisdictionis Ordinariæ contentiosæ cum Tribunali, alique annexis non sit essentia habere Territorium subjectivè, sed sufficit circumscriptivè, ut sciatu intra quos limites, & in quibus personis Jurisdictio exerceri possit, Fagnan. in cap. 3. de probat. num. 4. & in cap. cum contingat, de foro compet. nu. 26. & in cap. accedentibus, num. 38. de excess. Prælat. Lotter. de re beneficiat. lib. 1. qu. 23. a. num. 14. ad 20. Tamburin. de Jure Abbatum, tom. 2. disp. 1. qu. 23. a. num. 14. num. 3. Blanc. de compromiss. quest. 6. num. 4. Scobar. de Pontif. & Reg. Jurisd. in suis Gener. alibus, cap. 9. num. 5. Præterea de Instrum. edit. tom. 1. tit. 2. resolut. 6. spec. 1. num. 138. Cortiada dec. 16. numer. 45. & 46. Gratian. disp. 928. numer. 56. & 60. Franc. Episc. Barbafr. de compet. inter Curias, quest. 63. numer. 4. & 10. de Luca de Jurisd. disc. 1. num. 27. vers. *quod manifestè*, & disc. 20. a. num. 20. ad 24. Rota post Tamburin. de Jure Abbat. tom. 3. dec. 43. n. 1. & dec. 44. num. 7.

Nec Jurisdictione Magni Prioris restringi potest ad simplicem correctionem Jure Monastico, & in contentibus dum-

dumtaxat Regularem observantiam, quia in Bulla Pii IV. §. 85. & 96. cum tribus seq. Jurisdictione Ordinariæ competens translata fuit in Superiores Religionis quoad Causas Civiles, & Criminales, comprehensionem in Privilegiis, & ligantium cum ipse, cum facultate citandi, & inhibendi, etiam cum Censuris, & sententias exequendi per se ipsos independentes à quolibet alio Judice, quibus conforme est Statutum §. 89. tit. de Prioribus, itaque forum contentiosum cum Tribunali, eique annexis non correctionem Jure Monastico manifestè important.

Comprobata ex his retentione Tribunalis Causas in illo ventilandas sequentes esse, censuerunt Domini. Nemp̄ Causas Civiles, & Criminales Professorum, & eorum, qui copulative potentiuntur tribus requisitis Sac. Concilii Trident. sess. 24. de reformat. cap. 1. vers. *exceptis*, & Constitut. Gregorii XIII. in ordine 67. tom. 2. quia in his personis præservata est omnimoda Jurisdictione Civilis, & Criminalis Superioribus Religionis Hierosolymitanæ, ut ut latè in dec. 10. Januarii proxime præteriti coram me, §. *tertio inhibendum*.

Quo verò ad illos, qui eorum copulative tribus requisitis, sunt tamen additi servitio Sac. Religionis, & comprehensi in privilegiis, visum est, habere Superiores Religionis Jurisdictionem Ordinariam, quoad Causas Civiles privative ad Eminentiissimum Archiepiscopum, quo verò ad Causas Criminales cum ipso, cui in his est concessa delegata; Ratio, quoad Causas Civiles, dicitur de personarum, est quia Sac. Concilium Trident. sess. cap. 11. & dicta Constitutio Gregoriana moderata veterum privilegiorum in his personis non habentibus copulative tria requisita, obviare tantum voluerunt excessibus laxioris vite ortis ex causa exemptionis, ut patet ex d. cap. 11. Concilii, & proemio dictæ Constitutionis, & per hoc ubi Ordinarii constituntur Sedis Apostolicæ Delegatis, ad puniendam crimina ab his personis commissa, indeque dispositio ista, ut ipse privilegiorum revocatoria fructe interpretatione venit, ac limitanda ad Causas Civiles, de quibus nulla mentio habetur, ut referuntur in decisione 10. Januarii, §. *Quibus replicabant*, & in specie d. Capitulum Concione habere locum in Civilibus, sed tantum in Criminalibus, tenent Fagnan. in cap. ut Privilegia, n. 24. de Privileg. Farinac. in declarat. ad Sac. Conc. Trident. dicto cap. 11. fol. 315. Exemptio Prothonotariorum, quorum privilegia fuisse totum derogatum in Criminalibus, dicto cap. 11. non quoad Causas Civiles dixit Barbof. eodem cap. 11. numer. 2. qui refert Decretum Sac. Congregationis Concilii in una Papic. 14. Decembris 1630. & idem de Retentariis, Fagnan. in cap. ex parte 1. secundo, n. 8. & 9. de Privileg.

Nec in contrarium faciunt verba Concilii in dict. cap. ibi: *Pleni in omnibus*, & dictæ Constitutionis Gregorianæ, ibi: *In prædictis subiecti existant*: Etenim licet verba ista sint universalia, restringuntur ad limites subjectæ materiæ, & rationis, seu Causæ finalis ibidem expressæ, quæ non congruit, nisi exemptioni in Criminalibus, dum ista tantum præbet occasione laxioris vite in scandalum Populorum, non autem in Civilibus, ut explicat de mente Sac. Congregationis Concilii, Fagnan. in d. cap. ex parte, n. 8. & 9. & d. cap. ut privilegia, n. 34. de privileg. & affirmant Cocchier. de Jurisd. in exempt. part. 2. qu. 45. n. 84. & 85. Parit. de reformat. lib. 3. qu. 11. n. 7.

Mimis urgent DD. in contrarium allegati d. dec. 10. Januarii, §. *Referantur versum*. Tum plurimum, nam hodie attentè expendi pugnare visum non sunt huic resolutioni, quia plures loquuntur de Causis Criminalibus, & non de Civilibus, ut sunt Giurb. cap. 77. Roderic. quest. Regul. tom. 1. quest. 65. art. 17. Cappon. contr. vers. 327. num. 10. Marant. respons. 6. num. 2. & resp. 80. numer. 22. par. 4. alii autem licet simpliciter dicant descendunt tribus requisitis esse, subjectos Ordinariis, non descendunt ad punctum, an hoc intelligatur solum in Criminalibus, vel etiam in Civilibus, ut sunt Leo Theauf. For. Eccl. par. 2. cap. 17. nu. 78. Spada conf. 157. num. 9. vers. & comprobatur tom. 1. Laurer. de Franch. quest. Regul. five Pasqual. ad illam par. 1. qu. 3. num. 118. de Luca de Jurisd. disc. 4. & in Supplement. par. 1. disc. 101. num. 9. & lib. 24. part. 4. Miscellan. Eccl. disc. 13. Sperell. dec. 21. num. 3. dec. 120. num. 16. par. 8. & dec. in hac causa emanate, nemp̄ 90. num. 44. & 45. & dec. 391. a. num. 8. ad 11. par. 13.

Prout non obstant tria Decreta Sacræ Congregationis Concilii relata in citata decisione dicto §. *Referantur versum* demum. Quoniam primum in una Januaria. relat. à Ni-

colio in Flocculis verb. *Hierosolymitani*, num. 6. loquitur de Clericis, Presbyteris, alique Ministris delinquentibus, & serventibus Religioni. Aliud in Valentina 8. Aprilis 1586. apud Pignatelli. tom. 2. consil. 21. num. 20. in fine, est intelligendum de Capellanis, seu Vicariis Curatis, & sic super exercitio Curæ Animarum, dum ibi dicitur, subesse Ordinario. In ultimo demum alius Faventina anni 1667. relata à de Luca disc. 4. de Jurisd. & Pignatelli. ubi supra, non fuit ex parte Religionis formiter opposita distinctio, quoad Causas Civiles, & Criminales, quod patet, quia Cardin. de Luca in rationibus, quas latè ponderat raro disc. 164. mentionem non facit de tali distinctione, que fit distinctio opposita à Religione, sine dubio Sac. Congregatio illam admisisset, prout Fagnanus, qui erat Secretarius dictæ Congregationis, illam approbat locis citatis ex mente ejusdem Congregationis.

Respectu vero Causarum Criminalium cumulativa concessa Magno Priori fundatur, eo quia tam Conciliaris dispositio, quam Constitutio Gregoriana procedunt tribuendo Ordinariis Jurisdictionem, non eam adimendo à Superioribus Regularibus, indeque non tollunt Ordinariam Jurisdictionem istis competentem, virtute suorum privilegiorum, Fagnan. in cap. Quanto, de Offic. Ordin. a. num. 26. ad 41. & in cap. ut privilegia, num. 38. cum duobus seq. de privileg. Card. de Luca lib. 4. Miscellan. Eccl. par. 4. disc. 16. a. 6. 8. & 9. Cocchier. d. qu. 55. num. 85. par. 2. Cæspedes de exempt. Regular. cap. 16. dub. 242. cum aliis relatis in d. dec. 10. Januarii, §. *Quibus replicabant*.

His postea quoad punctum reservatum in dec. 10. Januarii huic innotens dixerunt DD. inhibendum esse Eminentiissimo Archiepiscopo, ne impediatur Magno Priori Jurisdictionem Ordinariam contentiosam in causis Civilibus Ministeriorum, Familiarium, Equitum, Colororum, Procuratorum, Factorum, aliorumque non professorum, qui tamen sunt additi servitio S. Religionis, & comprehensi in que privilegiis, in quibus non concurrunt tria requisita copulative, Et quoad Causas Criminales istarum personarum inhibendum Magno Priori, ne impediatur Eminentiissimo Archiepiscopo delegatam, ut supra explicatum, salva cumulativa Ordinariæ competente Magno Priori.

Et ita resolutum fuit, reservata tantum ulteriori dispositione; An in Tribunali Magni Prioris cognosci possint Causæ Civiles, in quibus Sac. Religio, five ejus Profecti, agunt contra personas alteri Judicij subiectas super bonis, pecuniis, beneficiis, rebulque alie S. Religionis, necnon Confraternitatum Laicalium erectarum in Ecclesiis Regularibus Prioratus, Pæ, Beneficiales, Capellanarum, & Beneficiorum in eisdem existentium, Matrimoniales, delictorum commissorum a personis non exemptis in Ecclesiis, & locis pios exemptis, & alie ratæ contractus celebrati in loco exempto, ac rei facte intra illum.

Utraque &c.

R. P. D. MOLINES.

Toletana Jurisdictionis.

Veneris 16. Junii 1689.

**A**d obtruncanda omnia controversiarum capita, quæ super intelligentia rei judicate oriri possent, utque nedum Eminentiissimo Archiepiscopo Toletano; Verum etiam M. Prior possent pacificè irui Jurisdictione ipsi tributa, prodiit die 10. Januarii proxime præteriti decisis, in qua adhibita plerumque casuum distinctione, unicuique pro libero usui sue Jurisdictionis concessa fuit specialis inhibitio. Cumque eadem concordia Parium consensu ulteriori examini hodie revocatur, nullius in munita fundamentis recognita confirmatione digna Domini visæ est.

Perpetuando capita, super quibus favore Eminentiissimi Archiepiscopi Toletani concessa fuit inhibitio, subijcti decisis, Tum in ea parte, qua inhibetur Vicario M. Prioris, eique Ministris, ne in posterum impediatur Vicarium Eminentiissimi Archiepiscopi in exercitio Jurisdictionis ordinariæ in Populum Laicum, utriusque sexus, Ecclesiæ, & personas omnes Ecclesiasticas seculares in districtu M. Prioratus, & Diocesi Toletana existentes, super quibus Eminentiissimo Archiepiscopo competit privative Jurisdictione ordinariæ, prout latius tribus Rotalibus sententiis adjudicatur, & latius expenditur in sex causæ decisionibus relatis in decisione, que revidetur, §. *Censervantur itaque*. Tum etiam in alia, qua conceditur inhibito libero exercitio Jurisdictionis delegatæ in contentibus curam animarum, & Sacramentorum administrationem in Ecclesiis Re-

gularibus Curatis super quibusvis personis illam exercitibus ex altera dispositione Sacri Concilii Tridentini, *sess. 25. de regul. cap. 11.* Bulla Pii V. 77. §. 7. & 136. §. 3. Greg. XIII. 67. §. 5. alique expensis in decisione, quae confirmatur, & secundo loco. Cum declaratione tamen in omnibus actibus hoc fieri iure delegato, ut praecipit Bulla Beati Pii Quinti 136. §. 2. 4. & c. cum aliis relatis in proximè citato §. decisionis huius causae; Quibus additum fuit visitationem faciendam esse gratis ad praescriptum precitate Constitutionis Pii Quinti 136. §. 4. ut explicat Nicol. in *Floscul. verb. visitatio. n. 1. ampliat. 3. vers. etiam Parochiales*, Leo in *Theaur. for. Eccles. lib. 2. cap. 18. n. 105.*

Hancque delegatam jurisdictionem locum sibi vindicare necdum in visitatione, verum etiam extra, ut loquitur Bulla Gregorii XIII. §. 2. ibi: *etiam extra visitationem*, ac etiam Bulla Gregorii Decimiquinti in ordine 18. tom. 3. Bullaeii, ibi: *itaque quatenus, & quando opus fuerit etiam extra visitationem*, & tenent Card. de Luca, de *iurisdic. d. c. 4. num. 5.* Pignatelli *consul. 21. a. num. 1. ad 7.* Sprell. *decis. 21. num. 29.* & *decis. 391. huius causae, num. 9. par. 13. & decis. 120. a. n. 10. ad 19. par. 18.*

Non admittit distinctionem adductam a Scribentibus pro Sac. Religione quoad personas, nempe non habentes copulativum concurrens trium requisitorum, super quibus allegabant locum sibi vindicare jurisdictionem delegatam etiam extra visitationem, non autem in processu, alique petitionibus tribus requisitis, super quibus delegatam exercere posse Eminentissimum Archiepiscopum solum in actu visitationis, ex Barbof. de *Jur. eccles. sess. lib. 1. cap. 43. n. 137.* Cespeli. de *exempt. regul. cap. 22. d. n. 321. n. 5. vers. super quante, fol. 488.* Novat. in *Summ. Bull. par. 2. in fin. fol. 442.* Tambur. de *Jur. Abb. tom. 3. disp. 5. quest. 11. n. 49.*

Quoniam utroque casu tam scilicet in visitatione, quam extra, personas omnes, tam regulares, quam ceteras privilegatas Sacrae Religionis curam animarum exercentes subesse jurisdictioni delegatae visum est. Tum quia Concilium Tridentinum *sess. 25. de regul. cap. 11.* generaliter loquitur non adhibita horum casuum distinctione, sicque generaliter venit intelligendum *de prelo, ff. de public. rem. act. leg. in fraudem ult. ff. de testam. militar. eamque conciliatam dispositionem habere locum in personis Sac. Religionis subiectis, ita ut B. Pius Quintus citat. *consil. 77. & 136.* ampliando, etiam si Religio, vel equites haberent in locis Episcopalem, & temporalem jurisdictionem, ut in d. Bulla 136. §. 3. Rota *decis. 493. num. 3. par. 2. rec.* ac postremo Urbanus Octavus Bulla 13. §. 10. & Innocent. X. Bulla 31. confirmantes omnia privilegia Religionis, mandantur intacta servari decreta Concilii Tridentini loquentia de cura animarum. Tum etiam quia exinde promanaret intolerabile absurdum, & quia visitatio fieri non solet, nisi semel in anno, & quandoque varium, & valde absotum esset, quod Episcopus videns Sacramenta male ab his ministrari, maleque exerceri curam animarum, id pati cogere, & expectare ad puniendos tales delinquentes tempus novae visitationis, ut advertunt Card. de Luca, d. *disco. 4. n. 5.* Pignatelli. *consul. 21. num. 7.* quibus stantibus non placuerunt autoritates in contrarium adductae.*

Prout nequaquam posse impediiri Eminentissimum in usu talis delegatae etiam sibi praetextu, quod M. Prior virtute cumulativae jurisdictionis ipsi competentis praevenerit. Quia cumulativa haec intelligenda est in sensu explicato in decisione, quae revidetur, & *Hic addentes*, ut nempe utroque Superioris, sive prius sive postea ius jurisdictione visitandi, & corrigendi frui possit, non autem, ut unus praevenciendo alium excludere valeat; Et quia necdum ex dispositione iuris communis in *cap. Cum Capella, de privilegiis, & cap. per exemptionem, eod. tit. in 6.* verum etiam ex Concilio Tridentino *sess. 25. de regular. cap. 11.* ubique Barbof. *num. 2. cum seq.* nec non Bullis Apostolicis commissa fuit Episcopis vigilantia, & cura personarum ministrantium Sacramenta ratione Populi, sive animarum, cum quibus cura exercetur, cum suis ovae commisit Episcopo, ad quem uti Pastorem universalem in sua Dioecesi ratione proprii officii pertinet examinare personas curam ministrantes, & videre, num Divinae Pabula suis ovibus bene ministrarent, & ob hanc rationem personae curam ministrantes, licet exemptae Episcoporum jurisdictioni delegatae subiciuntur, Card. de Luca, de *iurisd. d. c. 4. n. 4. vers. circa vero*, Spada *consil. 57. num. 6. lib. 1.* Rota *dec. 391. num. 4. & 5. par. 13. & dec. 130. num. 7. par. 18.* Sicque patet non debet, ut Ordinarii sub praetextu praevencionis factae ab alio Superiore impediatur, & per indirectum privetur executione ius jurisdictionis dele-

gatae tanta maturitate eius fiducia, pro fideli servitio admissi ratione Sacramentorum commissa.

Nec ad hoc contrariatur Barbof. ad *Concil. Trident. sess. 24. cap. 5. de reform. num. 15.* & Fagnan. in *cap. quanto, numer. 41. vers. ex quibus concludendum de offic. ordin.* quia non loquitur de visitatione, vel punitione facta ab Episcopo in delictis concernentibus curam animarum.

Praeterea approbando decisionem *in d. Et si forte*, visum fuit, quod in discrepantia decretorum standum esse decreta Eminentissimi Archiepiscopi, salva tamen appellatione devolutiva ad Sedem Apostolicam, quae competit etiam in decretis visitationis, & correctionis morum, Conc. Trident. *sess. 13. cap. 1. de reform. ubi Barbof. n. 5. & 21. & sess. 24. cap. 10. de reform. ubi etiam Barbof. n. 8.*

Subsistens pariter apparuit decisio *in d. Inhibendum*, ubi resolutum extitit Eminentissimo Archiepiscopo inhibendum esse, ne impediatur M. Priori omnimodum jurisdictionem ordinariam, civilem, & criminalem in omnes Professores Regulares, alioque omnes habentes copulativae tria requisita, qui tam ex Concilio Tridentino, quam Bulla Gregoriana subsumt Sacrae Religionis tam in causis civilibus, quam in criminalibus, ut explicant relati in citato §. *Inhibendum*, & latius confirmatur ex deductis in altera hodierna decisione super Tribunali, *§. comprobata ex his.*

Confirmatis capitibus inhibitionis non minus solida visa sunt deducta super intelligentia trium requisitorum, quae utpote late explicata in antecedenti decisione, *§. & quoad primum, cum seq.* ulteriori declaratione non indigere existimantur Domini.

Ea vero, quae longa serie deducuntur a Scribentibus pro Eminentissimo super eo, quod ei liceat in Ecclesiis, & personis Regularibus exercere jurisdictionem praeter concernentem curam animarum, & administrationem Sacramentorum in pluribus casibus pro Concilio Tridentino Archiepiscopo reservatis, quos refert Fagnan. in *cap. Graue, de offic. Ordin.* Haec enim omnia utpote confusum allata, sintque nedom unidum, verum & scorsim sumpta dicta magna maturitate, ut congrua capi valeat resolutio; Ideo in praesenti aggreddi renunciat Domini, injungentes, ut pravia peculiari, & clariori disputatione saniori iudicio reservarentur.

Et ita utraque &c.

R. P. D. MOLINES.

Toletana Jurisdictionis super decimis.

Veneris 21. Aprilis 1690.

Jus percipiendi tertiam partem decimarum, quod Eminentissimum Archiepiscopo Toletano sibi competere allegabat super bonis in Magno Prioratu Castellae, & Legionis exhibitibus pedum propriis Sacrae Religionis Hierosolymitanae, verum & patrimonialibus militum, alisque in re specificandis, quodque indecimum remansit sub die 1. Julii anni proximè perterriti cum additamento, ut coadiuvetur hincinde probationes, ad novum examen hodierna die revocari. Et Domini meis perpenis nedom iuribus in praeterea propositione deductis, verum de novo exhibitis, visum est non deberi Eminentissimo Archiepiscopo tertiam partem decimarum de bonis Senatum Donadios nuncupatis, neque de bonis, vel praediis consuetudinibus in districtu de Argamilla, & Turleque; in aliis vero tribus speciebus, nempe in bonis patrimonialibus equitum, bonis, quibus sui mutata cultura fructuum, alique subrogatis, ac bonis antea infructiferis, & redactis ad culturam novalia nuncupatis; Magnum Priorem non posse impedire, quin Eminentissimum Archiepiscopus exigat tertiam partem decimarum.

Fundamentum resolutionis quoad primam partem, qua denegatur tertiam partem decimarum in eo resedit, quod licet praetapponeatur Eminentissimum Archiepiscopum habere fundatam intentionem super haec tertiam decimarum assistentia iuris vigore, *cap. congreuerent 16. de offic. Ordinarii, cap. quoniam 13. cap. Dudum 30. de decimis, cap. De quarta, de praescript. cap. vobis, cap. vultetana, cap. Concessio in qu. 2.* hancque iuris dispositionem immutatam non fuisse in Concilio Tolitano relato in *cap. Constitutum 16. qu. 1.* in quo huiusmodi quarta aucta fuit ad tertiam, fed eundem operari effectum receptum huius tertiae, Gonzal. in *d. cap. congreuerent, num. 4.* Rota *dec. 402. num. 1. par. 2. recent.* & coram Caval. *dec. 247. num. 2. & seq. Dumoz. Jun. dec. 919. num. 4.* & idipsum supponitur in concordis anni 1228. & 1229. necnon in *decis. 70. n. 17. & 18. par. 13. rec.*

Que

Quae tamen non ita de facili procedunt, quando Parochia sunt distinctae, & Ordinarius non est Parochus universitatis, nam iura illi non tribunt facultatem directè agendi contra laicos pro sua portione, sed tantum contra Parochos, ut de decimis ad Laicos exactis canonicam portionem Ordinarius praesent, & hoc ipsum disponitur literaliter in *d. cap. Concreuerent*, & ita solvendo quaestionem excitatam a glossa hoc eodem *c. verb. decimationum*, & conciliando textum antinomiam explicata alia gloss. in *cap. Cum contingat, verb. de iure communi de decimis*, Fagnan. in *cap. Quoniam 13. n. 37. cum seq. & in d. cap. Cum contingat, n. 17. ad 20. & in cap. 1. ne Praelati vices, sub n. 22.* Barbof. in *cap. Dudum 31. n. 3. de decim. & de offic. & potest. Episcop. par. 3. alleg. 86. a. n. 24. ad 37.* Lotter. *de re benefic. lib. 1. qu. 20. a. n. 27. ad 85.* Rota *dec. 402. num. 1. & 2. & decis. 1449. num. 5. & 6.* coram Scraph. *dec. 10. num. 1. & 2.* & ibi Adden. *num. 4.* Royas *dec. 343. a. n. 2.* & Duran. *diff. 200. num. 2. & 7. dec. 279. n. 2. par. 3. dec. 213. a. num. 17. ad 20. par. 17. dec. 407. num. 16. & 20. par. 18.*

Aduhuc in praesenti casu huiusmodi iuris assistentia nihil operari potest, quia Magnus Prior in bonis nuncupatis Seonellari Donadios, ac bonis, seu praediis in districtu de Argamilla, & Turleque, repetitur in antiquissima immemorabili possessione non praesertim tertiam partem decimarum ex his bonis Eminentissimo Archiepiscopo, per quam antiquissimum possessionem hoc ius exemptionis legitime praescriptis, cum interitus Ecclesiae, seu personae Ecclesiasticae sufficit ad hunc effectum quadragenaria, & eo magis concludendo immemorabilis, *cap. de quarta, de praescript. cap. ad apostolic. cap. cum in tua 30. cap. dum sequenti, c. in aliquibus 32. cap. nuper 34. de decimis*, Fagnan. in *d. c. in aliquibus, n. 11. & in d. cap. nuper, n. 37.* Monet. *de decimis, cap. 50. qu. 4. num. 6. & 96. & 95. num. 106. & 107.* Covar. *var. resol. lib. 1. c. 17. n. 8. vers. primum hinc constat, & vers. secundum licet*, Rebuffi. *de decim. q. 12. a. n. 40. ad 53.* Card. de Luca de *decimo, d. c. 1. n. 31. in fine*, Rota *diff. 485. num. 7. & coram Coccino dec. 100. a. n. 11. ad 16. dec. 35. num. 9. par. 19.*

Abique eo quod necessarium sit iustificare requisitum petitionis, & denegationis cum aequiescentia Archiepiscopo, quia ex hac antiquissima possessione plurimum seculorum praesertim haec omnia intercedit, & est allegabilis melior titulus de mundo, ut in terminis decimarum, Rota coram Bichio *dec. 169. n. 2.* Celli. *dec. 32. n. 6. & dec. 110. num. 5. dec. 152. num. 2. & 3. par. 19. & in Almerin. Decimarum 13. Januarii 1673. §. non minore*, coram Reverendis. Bourlemont.

Huiusmodi autem antiquissima consecutio, seu immemorabilis praescriptio satis probatur ex pluribus, Primò, ex arrendamentis Decimarum Prioratus ad Archiepiscopum, Ecclesiam, & Archidiaconum Toletanum spectantium relatis in libro nuncupato, Bezzerio confecto de anno 1508. pro partitione decimarum inter praedictos comparticipes, quod initium sumit ab anno 1508. Summario praetertito Magni Prioris *num. 3.* in quo libro descripta, non reperitur bona, seu praedia sita in districtu de Argamilla, & Turleque, nec bona nuncupata Serues, y Bonadios, quae circumstantia percipientis pacificum Statum negativum per seculum, & ultra non leve praebet argumentum immunitatis ad solutione huius tertiae decimae, ut in similibus terminis lib. Gabellarii, Cardinalis de Luca de *regalibus, d. c. 18. num. 4.*

In nihilo refragant quod potuerit esse alla arrendamenta particularia, & separatim exigi tertiae decimae controversae, quia ultra quod pluralitas, non praesertim, ea penitus excluditur ex duabus circumstantiis; Altera quod liber indefinite intulatur, ibi: *Arrendamenta decimarum Prioratus*, quae indefinita loquutio acquiritur universali, *cap. solite, de majori, & obediens*. Altera quod talis liber consecutio fuit pro generali divisione decimarum Archiepiscopatus inter Comparticipes, & ob id si aliunde exigenter ista tertiae decimae ex his bonis utroque descripta, repetitur in in dicto libro.

Prout non urget, quod loca de Argamilla, & Turleque fundata extiterint post annum 1508. ideoque ut non existentia tempore confecti dicti libri describi nequiverint, Quia licet fundatio de Argamilla sit anno 1542. Summar. Magni Prioris super Ecclesiis, *num. 28.* tamen loci de Turleque sunt de anno 1228. eodem Summario, *num. 29.* Sicque si ex illo loco de Turleque fuisset tertiae decimae percepta, utique descripta reperitur in tali libro. Quo vero ad loca de Argamilla, cum a tanto tempore citra,

Eminentissimum nihil percipere poterit pro sua tertiae decimae, inde firmum remanet Magnum Priorem acquisivisse ex longissima consuetudine exemptionem ab illius solutione.

Secundo, ex sententia Regii Concilii Granatenis emanata ad instantiam Cardinalis de Javera tunc Archiepiscopi anni 1535. & 1545. pro sedandis controversis subortis occasione terminorum, in quibus supponitur bona nuncupata Serues, y Bonadios esse immunia a solutione tertiae decimae, Summario praetertito Magni Prioris *num. 40.* quae sententia licet ex defectu jurisdictionis sustineri non possit ut emanata in foro laicali super iure decimandi, tamen quia in illis supponitur talis exemptio, & exactissime liquidatur quantitas dictorum bonorum, negari non potest, quin praesent magnum argumentum ad praesertationem veritatis facti antiqui, Seraph. *dec. 1207. num. 4. dec. 673. num. 2. p. 2. rec.* Imò dum in executionem istarum sententiarum dignitas Archiepiscopalis devenit ad oppositionem praedictorum terminorum, id operatur, ut istae sententiae non possint ab ea amplius impugnari, Gabriel. *de sentent. concl. 2. n. 7.* Roman. *consil. 175. n. 4.* Rota *dec. 381. n. 6.* coram Pamphilio.

Tertio ex depositionibus 304. Testium receptorum occasione Gabrici confecti anno 1578. de hac exemptione testantur Summario praetertito Magni Prioris *num. 5.* qui licet extrajudicialiter examinati urgentissimum faciunt adiaculum Rota coram Sanctissimo Domino nostro Alex. VIII. *dec. 141. n. 16. & dec. 964. n. 2. p. 18. dec. 13. n. 22. p. 19.* Aditto praesertim, quod fuerint examinati tempore non suspecto, & ad alium finem *dec. 436. n. 4. & 5. p. 18.* & quod non concurrunt probationes contrariae, Polli. *de manus. observat. 380. n. 49.* & Rota post eundem *dec. 24. n. 2. dec. 269. n. 4. & dec. 456. n. 3. p. 18.* quodque obijctum sine retractatione, Eminentissimus Cetrus *dec. 589. n. 2.*

Quarto, ex actis factis in assemblea de anno 1578. ratione Gabrici, praesenti Summario Magni Prioris *num. 2.* in quibus, & inter cetera in Inventario bonorum reddituum, in quantum ad dignitatem Prioralem, afficitur dignitatem Prioralem ex Seruis integris decimas percipere consuevisse, quae acta iunctis tot probationibus supra deductis, magnum praesent adminiculum veritatis eius, quod ibi enunciat, Altograd. *consil. 14. n. 49. l. 2.* Rota coram Dumozeto Junio *dec. 989. num. 1. & 2. leg. 1.* Praesertim ponderando quod Magnus Prior describendo inter suos redditus hac integras decimas consuevit se debitorum communis Earum, erga quod ad mensuram reddituum proportionaliter contribuere tenebatur: Unde non redditur verisimile, quod calculaverit contra proprium commodum redditum, quod non exigebat seque gravare voluisse pro pinguiori taxa favore ejusdem ad regulam textus in *l. cum de indebito 25. vers. qui non soluit. ff. de probat.* Qui actus robur recipiunt a computis generalibus reddituum decimarum Magni Prioratus traditis a Rationatore Ducis de Alva anno 1562. dicto Summario praesenti Magni Prioris *num. 4.* in quibus eadem habetur assertio, quod Prior Sancti Joannis percipiebat integram decimam, nec non ab illis duobus computis Oppidi de Quero annorum 1575. & 1577. exhibitibus ab Aconomis, Summario Magni Prioris *num. 6.*

Hic accedunt consimilis praxi respectu Commendae de Javenez, ut deponunt Testes examinati anno 1495. praesenti Summario Magni Prioris *num. 5.* Testes formiter inducti anno 1615. pro parte Emanuelis Filiberti tunc Magni Prioris, praetertito Summario *num. 6.* Alii Testes inducti a dignitate Archiepiscopali anno 1623. eodem Summario, *num. 7.* qui contra inducentem plene probant, Caval. *dec. 161. n. 6. & dec. causa 70. n. 1. p. 13.* Arrendamenta, seu affectus a fiscalis facta commodo dignitatis Prioralis, in quibus integra decima pro Magno Priore ex Seruis, y Donadios comprehenditur, Summario praetertito ejusdem *num. 8.* quae omnia exemptionem ab hac tertiae decimae in favorem Magni Prioris confirmant.

Tandem in praedictorum comprobationem nullum facit, quod pro parte Eminentissimi Archiepiscopi nullus, nec minimus adducitur actus positivus, cum quo interrupta dici possit haec immemorabilis possessio, imò in toto litium capitibus excitatis pro parte dignitatis Archiepiscopalis agitis ferè per duo secula, nec minimum habitum verbum de hac praesertione super tertiae decimae ex bonis Senatum, y Donadios, neque ex praediis locorum de Turleque, & Argamilla, & non redditur verisimile nedom Archiepiscopos pro tempore, verum Archidiaconos, alioque comparticipes deducere neglexisse adeo considerabile, si revera illud sibi competere, Rota coram Durano *dec. 74. n. 7. & dec. 144. num. 4.*

114. v. cum iuris assentiam, & coram Buratto dec. 636. n. 1. & 2. & coram Bichio dec. 59. n. 14. & in rec. dec. 9. n. 15. p. 10. dec. 62. n. 2. p. 15. dec. 93. n. 20. p. 16. dec. 93. n. 20. p. 18. dec. 899. n. 19. p. 18. ut ponderatur ius in altera hujus causae decisione super pertinentia Ecclesiarum 6 Junii proxime preteriti 8. Tum demum, coram me.

Et cretibus argumentis, ponderando quod in pluribus provisionibus concordiarum, & praecipue illis Cardinalis Xymenes de anno 1510. & 1516. agitur de pluribus controversiis jurisdictionalibus, & in specie de quarta decima solvenda per Confratres de bonis propriis, & nulla fit mentio de predictis bonis Sernas, y Donadios nuncupatis, ex quibus tunc Archiepiscopi non percipiunt decimam; Unde colligitur habitum fuisse inter partes, ut praedicta bona essent immunita ab hac tertia decima, aliis non omisit hanc praetentionem, si cognovissent Archiepiscopi hoc jus sibi competere.

Haec ista omnia evicti possunt ex introductione litis motae de anno 1503. in partibus, & in Rota introductae de anno 1510. super jurisdictione Ecclesiastica Diocesana inter Archiepiscopos, & Magnos Priores per quam deduci praetenditur pro parte Dignitatis Archiepiscopalis pro tempore legitime impeditus in exactione tertiae decimae, quae veniebat in consequentiam jurisdictionis Episcopalis, & ob eandem rationem litis inchoatae fuisse interruptam quamlibet prescriptionem super libertate non solvendi ex praedictis bonis tertia decimam, nam ex ipsa introductione, & prosecutione litis pro parte dignitatis Archiepiscopalis magis confirmatur exemptio, seu libertas a solutione hujus tertiae decimae ex Sernis, y Donadiis, eo quia in tanto litium deductio nulla apparet deducta, vel ex tertia decima tunc deductio super solutione hujus tertiae decimae ex dictis bonis, neque ex praedictis locorum Turlicque, & Argamasilla, quae requireretur, ut interrumperetur pacifica possessio exemptionis, in qua existebant Magni Priores, & inde non perfereretur praescriptio, quamvis illi penderet super jurisdictione ordinaria, ex deductis in Hispania decimarum in rec. dec. 213. sub n. 4. p. 17. & dec. 433. n. 34. p. 18.

Tanto magis, quia Archiepiscopi non obstant pendencia litis non neglexerunt tot alios actus jurisdictionales speciatim deducere quamvis dependentes a jurisdictione Diocesana, & praeserim tertia decimam praetendere ex bonis patrimonialibus militum, ut patet ex supra relatis concordia Cardinalis Xymenes, & tamen nulla spatium tot seculorum apparet facta infantia super tertia decima bonis Sernis, y Donadiis, nec Turlicque, & Argamasilla.

Sicque magis probatur fuisse agnitam hujusmodi praetentionis insubsistentiam & bonum jus Magni Prioris.

Quatenus vero pertinet ad alias tres species bonorum, nempe patrimonialia Equitum, bona, in quibus fuit mutata cultura cum subrogatione novorum fructuum, & bona, quae nullatenus erant fructifera, & sunt noviter redacta ad culturam, ea ratione moti sunt DD. declarare, magnum Priorem non posse impedire ne Eminentissimus Archiepiscopus exigeret suam tertia decimam decimarum, quia illa sunt bona particularium personarum, & in his Magnus Prior non est legitimus contraditor pro illis defendendis, a dicta exactione tunc ingenti facti sunt seribentes pro illo, affirmantes in praesenti disputatione tantum suum munus esse, defendere bona spectantia ad dignitatem Prioralem.

Et ita utraque &c.

R. P. D. M. G. L. I. N. E. S.

Toletana Jurisdictionis.

Super Pertinentia Ecclesiarum.

Veneris 2. Julii 1690.

Regularitatem omnium Parochialium Ecclesiarum numero decem, & novem, Oratorum Hospitalium, & Etenitarum in Magno Prioratu Castellae, & Legionis essentium, horumque pertinentiam ad Sacram Religionem Hierosolymitanam decisio emissa coram me die 6. Junii anni mox elapsi eduxit ex pluribus probationum speciebus. Tum ex concordia annorum 1228. 1229. & 1516. Tum situatione in M. Prioratu donatione Regis Idelfonis confirmata a Lucio Papa; Tum ex quo Magnus prior percipit decimas reservata portione Menae Archiepiscopalis ad tenorem mox relatarum transactionum; Tum ex pluribus confessionibus emissis pro parte Dignitatis Archiepiscopalis, aliisque urgentissimis documentis inibi ponderatis, quae omnia simul sumpta plene probant regularitatem ex regula,

quod ex pluribus probationibus imperfectis simul junctis perfecta resultat probatio, de qua Rota, dec. 225. n. 2. coram Gregor. dec. 332. n. 6. & 7. Illiusque Juris praesumptio pro facultate militans ex Gonzal. ad rec. 8. glo. 7. n. 1. Garz. de Benef. par. 1. cap. 6. num. 12. & par. 7. cap. 10. num. 1. Corrad. in prax. benefic. lib. 1. cap. 6. numer. 222. Rota, dec. 2. n. 1. & 2. de prebend. in noviss. super qua praecipue insitebant in hodierna proportione scribentes pro Eminentissimo Archiepiscopo, satis elata remanent, cum praesumptio cedere debeat veritati, Rota dec. 1278. n. 5. coram Scraphin. dec. 12. num. 7. & 8. coram Pettinger.

Ideo in hodierna audientia approbantes de cetero DD. Regularitatem, ac pertinentiam ad Sacram Religionem ex illdem fundamentis plene digestis in decisione, quae revidetur, sitet respondentens singulis objectis, quae contra praedicta probationum capita a Scribentibus pro Eminentissimo Archiepiscopo deducebantur, dixerunt frustra oppositi, quod adus regularitatem comprobantes emanaverint lite pendente inter Archiepiscopos, & MM. Priores super omnimoda Jurisdictione, mota de anno 1503. ut referatur in dec. 79. n. 62. dec. 220. n. 26. & dec. 333. n. 2. par. 13. Ideoque ex his Dignitatis Archiepiscopalis non potuit praesudicium inferri, neque pro regularitate probanda in consideratione habendi sunt.

Hoc enim obiectum quod Scribentes pro Eminentissimo Archiepiscopo tanti magnificabant, vel nullam notabilem ex parte habet subsistentiam in facto, vel non relevat in Jure. Non in facto cum plures concurrant actus ante motam litem, nedum in alia proportione expensum, ut sunt Concordiae annorum 1228. & 1229. Perceptio decimarum, subalternatio onerum, Visitationes de anno 1491. & 1500. per extensum formiter compulsatae anno 1615. Summario praetexto M. Prioris n. 8. quae ultima licet loquatur de sola Ecclesia Sanctae Mariae Oppidi de Alcazar, at tamen generaliter mentionem facit de deputatione pro omnibus Ecclesiis ibi: Ad visitandum Ecclesias Oppidorum de Alcazar, & Confratrum cum Jo. Bayuñatorum, Heremitorum, & Hospitalium, ac Priores & Acanosos illarum. Verum illi hodie de novo alati in praedictorum comprobationem, nempe Bulla Alexandri VI. de anno 1496. in qua Iudicibus Executoribus committitur, ut verificatis ibi expostis concederent Magno Priori pro tempore Jurisdictionem puniendi, & corrigendi omnes Rectores Clericos, & Beneficiarios Seculares servientes in Ecclesiis, Dombus, & Praeceptoribus Prioratus Castellae, & Legionis uti pleno Jure ad Hospitale Sancti Joannis spectantibus cum fuisse illa sententia desuper favore M. Prioris lata ab Abbate Premostratense uno ex Executoribus deputatis, Summario hodierno ejusdem n. 5. & 6. Commissio M. Prioris Don Alvari de Zuniga anno 1487. ad recipienda computa ab Administratoibus Ecclesiarum, Capellanum, Heremitorum, ac Hospitalium, Summario novo M. Prioris n. 11.

Minus relevat in Jure, quia quamvis plures alii actus emanaverint, lite adhuc introducta, ut sunt plures consecrationes earundem Ecclesiarum, sive Heremitarum, & Hospitalium, sive benedictiones factae de licentia MM. Priorum pro tempore, eodem novo Summario, n. 2. Confirmationes saepe administratae in eisdem Ecclesiis cum expressione quod possidebantur a Prioribus Regularibus, eodem Summario n. 3. Pluresque possessiones Capellaniarum traditae in eis a Prioribus Religiosis, & collationes nonnullarum Capellaniarum ab eisdem factae, dicto Summario, n. 4. Decretum Regii Consilii anno 1555. declarans inter cetera pertinere ad Magnam Priorem Visitationem Ecclesiarum, Heremitarum, Hospitalium, Confraternitatum, & Capellaniarum, aliorumque operum Priorum Magni Prioratus, dicto Summario, n. 8. Concordia Cardinalis Quirga anni 1583. dicto Summario, n. 10. actus & probationes Cabezi anno 1598. hodierno Summario, n. 12. tamen non perdunt efficaciam coadiuvantem regularitatem, dum in tot litium capitibus nunquam apparet deducta praetentio Secularitatis harum Ecclesiarum in individuo minus in dubium revocata regularitas illarum, fed solvendo contentio fuit super Territorio separato praetentio a Magno Priore, & super actibus Jurisdictionalibus, quos sibi competere allegabant Archiepiscopi; Imo illarum regularitas, & pertinentia ad Sacram Religionem fuit praesupposita in sententia lata de anno 1544. per Abbatem de Hiere Summario, n. 7. Decreto Consilii Castellae de anno 1555. dicto Summario, n. 8. & Concordia Archiepiscopi Chiroga de anno 1583. n. 10. Indeque dum lites usque modo agitatae non erant super

super qualitate Regularitatis, vel Secularitatis harum Ecclesiarum in individuo, non potuit ob dictas lites impediri effectus, antiquissima possessio regularitatis, & bona fides ex hujusmodi longeva possessione resultans ex deductis, in dec. 213. sub num. 40. par. 17. dec. 437. num. 34. par. 18.

Tanto magis, quia praescribendo a dictis litibus, nullus alius, necante, nec post motas lites, adducitur actus pro parte Dignitatis Archiepiscopalis destructivus talis regularitatis Ecclesiarum, neque minima reclamatio a continuatis actibus statum regularitatis confirmantibus, quae obtemperantia negativa magnum praestat regularitatis argumentum, cum non sit verisimile Archiepiscopos deducere neglective Jus ad id considerabile si verum ad se spectare existimarent, praesertim, quando alia Jura propriae Dignitatis, & Menae quamvis minoris consequentiae vindicabant, & persequerentur Rota coram Buratto, dec. 636. numer. 1. & 2. Bich. dec. 59. numer. 14. dec. 9. numer. 15. par. 10. dec. 62. numer. 2. par. 15. dec. 93. numer. 20. par. 16. dec. 899. numer. 19. par. 18.

Quod optimè recognovit Vigilantissimus, & piissimus Praef. Cardinalis Xymenes in dicta Concordia inita cum Magno Priore de anno 1516. in qua ex pluribus hinc inde controversiis inter cetera conclusum fuit, quod Ecclesiae, Hospitalia, Sacra, Oratoria non possint visitari ab Archiepiscopo, quodque Clerici illis inservientes de delictis commissis in servitio earum, & inus illas non possint corrigi, nec puniri ab Archiepiscopo, & ejus Vicariis; Et contra autem quod pro delictis commissis extra dd. Ecclesias tam dictas Archiepiscopos, quam Prior Sancti Joannis, & ipsorum Vicariis, vel Visitatores, qui primus prevererit, posse corrigere, & punire, reservato Archiepiscopo Jura conferendi nonnulla Beneficia, & Capellanias, ex quibus urgentissima insurgit illatio, quod si ille vigilantissimus Praef. cogitasset, vel dubitasset, Ecclesias esse seculares, non ita de facili a se abdicasset Jus illas visitandi, & corrigendi Clericos illis inservientes, fed multo magis vindicasset Ecclesias, Hospitalia, Heremitoria, si illi certo non constitisset de regularitate, & pertinentia ad Sacram Religionem, prout sollicitus fuit in reservando punitionem delictorum, quae committerentur a servientibus extra dd. Ecclesias, & Collationem nonnullarum Capellaniarum ex traditis, in dec. 125. n. 8. & 9. coram Sanctissimo Domino nostro, contra quam Concordiam non urget replicare, quod fuerit temporalis, quodque non liget successores, quia haec non asseritur, ut afficiat, & obliget successores, sed pro una ex speciebus probationum regularitatis Ecclesiarum, & ad comprobandum veritatem tunc temporis cognitam, ac pro incontrovertibili praesuppositam.

Non minoris irrelevantiae sunt aliae oppositiones particulariter adductae contra singula probationum genera regularitatem comprobantia. Nam quod in Concordiis annorum 1228. & 1229. nedum positivè, sed etiam dispositive asseritur adesse in Prioratu Ecclesias Seculares; tum quia prohibent in aliquibus Ecclesiis Religionis habere Parochianos, recipere Decimas, Baptizare, & Matrimonium solemnizare, sicut per necesse supponere videantur existentiam aliarum Ecclesiarum Parochialium Secularium, in quibus haec a Parochis Secularibus ministrarentur contradistinctae ab Ecclesiis Religionis: Tum quia Jura Parochialia ex Causa Sepulturae reservantur Parochis Ecclesiarum Secularium respectu eorum, qui elegerint Sepulturam in Ecclesiis Religionis. Tamen non ex his destruitur probatio ex dd. Concordiis resultans, quia in illis expressis verbis dicitur, quod Ecclesia de Alcazar, Ecclesia Sanctae Mariae de Confratru, & aliae, quae in ejus termino Populo repleverunt, & Ecclesia Sanctae Mariae de Pennaroya, aliae, quae in ejus termino adesse videntur, sint Hospitalia, seu Religiosa, excepta Ecclesia Sancti Petri, quae in loco de Confratru reservatur libera Archiepiscopo, & post dd. Concordias MM. Priores semper existerint in pacifica possessione plurium seculorum controverfarum Ecclesiarum numero decem, & novem quoniam parte Archiepiscoporum fuerit unquam super istis praetentia eorum Secularitas, hinc flosa possibilia, quod tempore concordiarum adessent Ecclesiae Seculares, apta non est infringere statum praesentem, & antiquissimum regularitatis, in quo inveniunt controverae Ecclesiae cum scientia, & patientia tot Archiepiscoporum.

Imò his instantibus, onus est Eminentissimi Archiepiscopi liquidò, & certis probationibus demonstrare in individuo, quoniam essent illae Ecclesiae Seculares mentionate in dd. Concordiis, quo non probato sufficit favore Religionis

ista pacifica, & longeva possessio confirmata praedictis Concordiis, & confessione Judicis remissiorialis hodierno Summario Magni Prioris, n. 14. asserentis pro parte Dignitatis Archiepiscopalis non negari, quod semper haberentur, & fuerunt Parochi Priores Fratres Conventus S. Mariae de Monte in omnibus Ecclesiis Parochialibus Villarum, & Locorum horum Prioratum, & quod actualiter sunt supradicti, & depositio Archiepiscopali idem deponentium, eodem Summario, n. 17. totaque aliis fundamentis supra recensitis, ex quibus dicendum venit, vel illas Ecclesias ab initio fuisse Regulares, vel tractu tantum temporis eorum antiquitatem flosa innovatum, ad quod sufficerent antiquitas statum flosa non confitio clarè, ut in casu de statu antiquo Secularitatis, dec. 2. n. 1. & de preben. in novis cum aliis allegatis in decisione, quae revidetur, §. Et contra.

Et eadem responsione remouentur Testes adducti in hodierno Summario Eminentissimi Archiepiscopi, n. 1. commisso Causa, & sententia lata cum re iudicata Rotali, in qua eidem Eminentissimo tribuitur omnimoda Jurisdictione quoad Ecclesias Seculares, quia ex his deduci quidem posset possibilitas Ecclesiarum Secularium, non autem in specie elici probatio destructiva regularitatis controverfarum Ecclesiarum ab antiquissimo tempore possessarum a S. Religione in Statu Regularitatis.

Quod autem ad minus ad Eminentissimum spectet Ecclesia S. Petri Oppidi de Confoera liberè reservata Archiepiscopo in antiquis Concordiis 1228. 1229. vel saltem Ecclesia S. Joannis Baptiste uti subrogata in illius locum nec in praesenti deduci potest, nam quoad Ecclesiam S. Petri non negat M. Prior pertinentiam ad Eminentissimum Archiepiscopum illegans solum ipsum debere probare illius actualè existentiam, cum ex lapsu sexcentium annorum nullo praesumpto apparente vestigio conservacionis dictae Ecclesiae, praesumendum sit, illam fuisse, totaliter peremptam; Dicere autem quod in istius locum fuerit subrogata praedicta Ecclesia S. Joannis Baptiste ejusdem Loci, neque hoc probatur, imò urget in contrarium fundatio de anno 1567. de ordine Superiorum Religiosum cum dimembracione ex redditibus, & fructibus Parochiae S. Mariae. Summario praetexto Religiosis, n. 4.

Ejundem irrelevantiae sunt ratiocinia adducta contra secundum fundamentum decisionis elicitum ex situatione Ecclesiarum in territorio Magni Prioratus acquisiti per Regiam donationem anno 1182. confirmatam a Lucio Papa, quia contrarie animadvertentes procederent, ubi statuto, & donatio tantum adducerentur pro probanda regularitate Ecclesiarum, non autem quando una cum istis quam plurima adfuerint documenta, & nullum e contra adfuerit documentum secularitatis; hoc enim casu illa conducenti iurisdictis aliis ad eundem intentum regularitatis, Rot. dec. 101. n. 1. & 2. p. 1. & dec. 204. n. 2. p. 2. rec. & in dec. qua re videtur, §. 2. In quo sensu fundum est tertium fundamentum decisionis deductum ex Jure decimandi competentem M. Priori in toto Prioratu reservata tertia decimarum Menae Archiepiscopali ad formam Concordiarum ann. 1228. & 1229. supra relatarum.

Prout non destruantur plures Judiciales Confessiones emisse pro parte Dignitatis Archiepiscopalis pro Regularitate tam ex commissione anni 1610. disputationibus anni 1611. 1613. quam ex confessionibus Curiae Archiepiscopalis coram Judicibus compulsozialibus, & ex confessione ejus Procuratorum in curia, quae omnia referuntur in Summ. veteri M. Prioris numer. 5. 7. & 9. in dec. quae revidetur, §. Quarto ex commissione cum seq. Ex eo quia asseratur, quod in commissione anni 1610. Archiepiscopus non se retrinere ad Visitationem Jure delegato, fed etiam illam petierit Jure Ordinario, ex illis verbis juxta formam Concilii Tridentini, & Sac. Canonum; Nam responderetur, quod expressio visitandi etiam vigore SS. Canonum, non operatur fuisse suppositam Ecclesiarum secularitatem, cum etiam vigore Sacrorum Canonum, & ante Concilium Trident. Ecclesiae Regularis Curatae, & exemptae ab Ordinario visitantur ratione Cure Animarum, ut caveatur in cap. 3. In Ecclesiis, & c. cum Capella 16. de prior. c. 6. eod. tit. in cap. 1. de verb. signific. c. 1. de Capellis. Adnotab. Ex revera de visitatione Jure delegato, & propter curam animarum intellexisse semper Archiepiscopos visitare clarius depremitur ex moderatione Inhibitionis successivè obtenta, & Informativibus datis pro parte Archiepiscopi anni 1662. in quibus restricta fuit praetentio ad visitationem Jure delegato, ut habetur in decisione hujus Causae 396. n. 1. p. 1. & dec. 492. n. 5. & 6. p. 2. rec. Ea